mē ideo post electionē stabilitatē habet in electio-
ne siue in bono siue in malo. et hee adicōnes ip̄am
gnālem adicōz spūituū sup̄noz gnātē comitātur.

Capitū septimū.

De apostasia aut̄ demonū hoc tenendum est
q̄ deus omnes angelos bonos cōdidit medi-
os tamē inter se sūmum bonū. et bonū cōmutabile

quod est creatum statuit ita quod si conuerterentur ad a-
mandum quod est supra ascenderent ad statum gratie
et glorie. **S**i vero ad bonum commutabile quod est infra
Hoc ipso ruerent ad malum culpe et pene quod non
est de deo peccati sine decore iusticie. **P**rimus autem
lucifer inter angelos presumens de bono priuato.
priuatam perijt excellenciam. volens alijs superari.
et ideo cecidit cum ceteris conscientibus sibi. cadens
aut factus est impenitens. et obstinatus. exercerem-
tus. et ordinatus in opatione toto mentis conami-
ne et exclusus a dei contemplatione ad hominem
subuertendum per temptacionem multiplicem. **R**
Racio autem ad intelligentiam predictorum hec est
quod cum primum principium sit summe bonum nichil
facit quod non sit bonum. quod a bono non procedit nisi
bonum quod autem fit ab ipso. hoc ipso minus est eo.
et ideo non potest esse summum bonum. fuit igitur an-
gelus a deo conditus. bonum quidem sed non summum
perficiendum tamen si affectum tenderet in summum
et quoniam per liberum arbitrium voluntas poterat tendere
in bonum summum vel conuerteri ad bonum priuatum. **L**ucifer
sue pulchritudinis et altitudinis confidencione exaltatus
ad se diligendum et suum priuatum bonum. presumpsit de
altitudine habita. et ambiuit excellenciam propriam
non tamen obtentam. ac per hoc presumendo. constituit
se sibi principium in se ipso gloriando et ambiendo. consti-
tuit se sibi summum bonum in se ipso quiescendo

Cum aut ipse nec summam esset principium nec summum bonum. necesse fuit quod de inordinato ascensu indescensu rueret. pari ratione et omnes consentientes. et quia non est deus peccati sine deo re iusticie. ideo statim cum decidit in peccatum cum ceteris ad hereticis sibi perdidit locum summum scilicet celum empiricum. descendens ad primum scilicet caliginosum aerem vel infernum. ita quod lapsus fuit in culpam per liberum arbitrium. Lapsus aut in penam per diuinum iudicium. et quod in mutabilitate habuit post electionem ideo statim obstinatus est in malo. et per hoc execratus a vero. et deordinatus est in operatione. et infirmatus in virtute. ideo voluntas eius impia et actio auersa a deo conuersa est in hominis odium et inuidiam. et perspicacitas rationis a vero lumine execrata conuersa est ad deceptiones per diuinationes et cautelas. et officiositas in ministrando a vero ministerio amota conuersa est ad temptamenta. et virtuositas immutata et corrupta quantum permittitur ad miracula facienda conuertitur per transmutationes repentinas quas facit circa corporiam creaturam. et quia hec omnia sunt deordinata per voluntatem depriuatam per superbiam. et ideo hec omnia conuertit ad fomentum sue superbie. querens ab omnibus coli et honorari ad modum dei. hinc est quod omne male agit. quod deus iusto iudicio permittit ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum sicut apparebit per finale iudicium

De confirmacione vero angelorum hoc tenendum
est quod sicut angeli a deo auersi statim sunt
obstinati per imperitiam. sicut angeli ad deum con-
uersi statim fuerunt confirmati per gratiam et gloriam
in voluntate perfecte illuminati in ratione secundum cognoscen-
tiam respectivam et matutinam. perfecte formati in vir-
tute siue motam siue operatam. perfecte ordinati ordi-
nacione siue contemplatam siue ministratam. et
hoc secundum triplicem ierarchiam secundum supremam medi-
am et infimam. ad supremam autem spectant
throni cherubin et seraphim. ad mediam autem do-
minaciones. virtutes et potestates. ad infimam
vero principatus archangeli. angeli. ex quibus plu-
rimi sunt in ministerium missi. et in custodiam ho-
minum deputati quibus ministrant purgando. illu-
minando. et perficiendo secundum imperium voluntatis diui-
ne. ¶ Ratio autem ad intelligenciam predictorum
hec est. quod cum angeli propter expressam similitudi-
nem et propinquitatem ad primum et summum principium
habeant intellectum deiformem et immutabilem
post consensum ex libertate arbitrij superueniente
gratia ad summum bonum conuersi cum totaliter in de-
um tenderent per gloriam fuerunt confirmati propter
et perfecti. ideo quantum ad voluntatem fuerunt stabi-
les et fideles. quantum ad rationem perspicaces. ita
ut non tantum cognoscerent res in proprio genere sed etiam in
arte. ac per hoc non haberent tantum cognoscere respectivam

sed etiam matutinam. vel etiam diurnam propter illius
lucis plenitudinem et omnimodam puritatem
respectu cuius omnis creatura merito potest dici te-
nebra. quantum autem ad virtuositatem perfecte
formati siue in operando siue in exequendo vel as-
sumpto corpore vel etiam non assumpto. quantum
vero ad operationem perfectissime ordinati sunt ut
iam non possint deordinari nec ascendendo ad con-
templationem dei. nec descendendo ad ministran-
dum homini. quia cum deum facie ad faciem comitem
plentur quocumque mittantur mita deum currunt
aguntur enim et agunt secundum ordinem iherarchicum
in eis imitatum per naturam. consummatum per
gloriam. quam stabiliendo liberi arbitrii terribilitate.
illustrauit perspicacitatem ordinauit officiositatem
et roborauit virtutem secundum quatuor attributa supe-
rius nominata. perspicitas autem rationis in comitem-
plando. aut principaliter respicit ad maiestatem
diuinam venerandam. aut ad veritatem inceden-
dam aut ad bonitatem desiderandam. Et secundum hoc
sunt tres ordines in prima ierarchia scilicet throni
ad quos spectat reuerentia. cherubim ad quos
sapientia. et seraphim ad quos spectat tenuolen-
tia. Ad perfectam vero virtuositatem spectat vir-
tus in paratam. virtus executam et virtus expedi-
tam. prima ad dominaciones. secunda vero ad vir-
tutes. tertia vero ad potestates spectat. quarta est

at cere potestates contrarias. Ad perfectam vero offi-
cositatem spectat regere. reuelare et releuare. Pri-
mū ē p̄cipatūū. scdm archangeloz. et terciū ange-
lorum. qz custodiūt stantes ne cadant et cadentes
adiuuant vt resurgant. et sic patet qd hec omnia
sunt in angelis bonis fm plus et minus gradatā
a superioribus descendendo vsque ad ima. ordo autē
denotari dēt ab eo qd excellēt⁹ accepit i munere.

De pductōe hoīs. p̄mo de anima. Ca. 9.

Post naturā vero corpeam et in corpeam dda
sūt aliq̄ de natura ex v̄tusqz p̄pōita. p̄mo ex
pte mētis. scdo ex pte carnis. t̄cio ex pte totius ho-
mīs. De aia igit̄ rācōnali hec in sūma tenēda sūt
fm sacra doctrinā scz qd ipsa est forma. ens. viuens
intelligens. et libertate vtens. forma quidem ens
nō a se ipsa nec de dīna natura. s; a deo de nichilo
p creatōnem in eē deducta. fōr̄ vero viuēs nō q̄dem
natura extrāseca s; se ipsa. nō vita mōrh s; vita per-
petua. fōr̄ vero itelligēs nō tm̄ creata. s; sciā creat̄
cem essenciā ad cui⁹ ymaginacōz; scā est p meōriam
itelligēciā et volūtate fōr̄ qz libertate vtēs qz semp̄ ē
liberā a coactōne. a miseria qz et coactōne liberū fuit
i statu inocēcie licet nō i statu natūe lapse. hec autē
libtas a coactōe n̄l ad ē q̄ facultas rōis et volūta-
tis q̄ sūt potēcie aie p̄cipales. Rō at̄ ad itelligēciā
p̄dōz hec ē qz cū p̄m p̄cipiū sit b̄ssim̄ a beiuolē-
tissim̄ iō sua sūma triuolē b̄tudinē z̄imē carit̄

Non tantum spirituali et prime. sed etiam corporali
et longinque. Corporali tamen et longinque coiccat
mediate quae lex diuinitatis hec est. ut infima per me-
dia reducatur ad summa. et ideo non tantum spiritum
angelicum et sepatum fecit beatificabilem. sed etiam
spiritum coicatum scilicet humanum. Est igitur anima
rationalis forma beatificabilis et quae ad beatitudinis
summu[m] puenire non est gloriosum nisi per meritum
nec mereri contingit nisi in eo quod uoluntarie et libere
fit. ideo anime rationale libertate arbitry dari oportet
per remotiōem omnis coactionis quae hoc est de-
natum uoluntatis ut nullatenus possit cogi. licet per
culpam misera efficiatur et serua peccati. Rursus
quia forma beatificabilis est capax dei per memoria[m]
intelligēciam et uoluntatem et hoc est esse ad yma-
ginem trinitatis propter unitatem in substantia et trinitatem
in personis. ideo necesse fuit animam hominis omnia
esse intelligentem ac per hoc dei ymagine insignita[m].
Et quae nichil beatum potest beatitudinem amittere
nichil poterat esse beatificabile nisi esset incorrupti-
bile et immortale. necesse ergo fuit animam rationale
immortali uita de sui natura esse uiuentem. Postre-
mo quae esse quod ab alio beatificabile est et immortale. est mu-
tabile secundum bene esse. et incorruptibile secundum esse. ideo anima
nec a se est nec de diuina natura quae mutabile est. nec
producta de aliquo nec per naturam generata quae est immortale
et incorruptibile. et ita hec forma non potest per generationem

veri ut boni. et hoc ut eterni qd est supra animam
vel spalis qd est infra. Hinc est qd potēcia cognitiua
de pote intellectus vel ratio diuidit. ita qd intellectus
in speculatiua et practica. Ratio in superiorem pot
conem et inferiorē. in potius nominat diuersa offi
cia qd diuersas potencias. ¶ Postremo qm appeti
tus dupliciter potest ad aliqd ferri scz hinc naturale
instinctum. vel hinc deliberationem et arbitriū. Hinc
est qd potēcia affectiua diuidit in volūtatē natu
ralem. et volūtatē electiua qd pprie volūtas dicit
Et qm tal electio nō dicitur est ad vtrāqz ptem. Sed
ē a libo arbitio. et qd hec indrā surgit ex delibera
tione pambula et volūtatē adiūta. Hinc ē qd libe
arbitriū ē facultas rōis et volūtatē. Ita qd sicut
āqz dicit oēs pōtēcias rōis potēcias pphēdit. ait em
ut de libero arbitrio loqmur nō de pte aie s; certe de
tota loqmur. Et cōarsu nāqz illaz potēciāz mā
oris sup seipsam redeūtis a volūtatē citātis asue
git integritas libtatis qd est pncipiū meriti l demeriti
hinc elationem boni vel mali. ¶ Ca. x.

DE corpore autē huāno i statu pōtētiōis pme tenē
da sunt hec hinc doctrinā fidei orthodoxe scz qd
corpus pmi hoīs sic fuit cōditū et de limo ēre fortū
ut tamen esset anime subiectum et suo modo pro
porcionabile. pporcionabile in quā qm ad cōplec
tionem equalem. quantum ad organizacōnem pul
chritiā et mīliformē. a qm ad rectitudinē stature

Subiectū autē ut esset obtpans sine rebellioe. ess;
eciā ppagans et ppagabile sine libidine. ess; vege-
tabile siue defectione. ess; eciā immutabile ad oīmo-
dam corrupcionem nō intueniēto morte. et p̄m hoc
datus est sibi locus paradisi terrestris in habitacōz
trāquillam. formata est mulier de latere viri in cō-
sorcū et adiutoriū ad ppagacōnem immaculatam.
datū est eciā lignū vite ad vegetacōnem cōtinuam
et tādē ad imutacōnem p̄fectam p̄ immōrtitatem
perpetuā. **R**atio autē ad intelligētiam p̄ditorum
hec est q̄ cum p̄mum principium sit in pduendo
potētissimum sapiētissimum et optimum. et in om-
nibus effectibus suis hoc aliquomodo manifestat.
Potētissime hoc debuit manifestare in vltio effcū
et nobilissimo cuiusmodi est homo quē inter cete-
ras creaturas pducit vltimo. ut in hoc potissime
apparet et luceret diuinorū operum consumatio.
Ut igitur in homine manifestaretur dei potētia.
ideo fecit eum ex naturis maxime distantibus con-
iunctis in vnam p̄sonam et naturā. cuiusmodi sūt
corpus et anima. quorū vnū est substantia corpo-
rea. alterum vero scz anima est substantia spūalis
et incorporea q̄ distant maxime in gnē sbē. ut vero
ibidē manifestaretur dei sapientia fecit tale corpus
ut proportionem suo modo haberet ad animam.
Quoniam igitur corpus vnitur anime ut perficien-
ti et mouenti ad beatitudinem sursum tendenti.

Ideo ut conformaretur anime viuificantia habuit con-
plexionem equalem non a pondere vel mole. sed ab
equalitate naturalis iusticie q̄ disponit. ad nobilib
finem vite modum. **U**t autem conformaretur mo-
uenti p̄ multiformitatem potēciarum habuit mul-
tiformitatem organorum cū summa venustate et
artificōsitate et durabilitate sicut pat̄ in facie et in
manu q̄ est organum organorum. ut autem confor-
maretur anime sursum tendenti ad celum habuit
rectitudinem stature et sursum caput erectum. ut
sic rectitudo corporalis attestatur rectitudini men-
tali. **P**ostremo ut in homine manifestaretur dei
bonitas et tenuolencia. ideo fecit hūmānem absq;
omni culpa. et absq; omni pena siue miseria. cum
enim p̄imum p̄ncipium simul sit optimum et
iustissimum. q̄ optimum non debuit facere homi-
nem nisi bonū. ac per hoc innocentem et iustum.
Quia vero iustissimum nō debuit infligere penam
ei qui nullum omnino habuit peccatum. ac per hoc
alī anime rationali tale corpus constituit q̄ ita si
bi esset obtemperans. ut in eo nulla esset pugna re-
bellionis. nulla promitas libidinis. nulla inminu-
tio vigoris. nulla corruptio mortis. ita esset anime
conforme. ut sicut anima erat innocens et tamen
poterat cadere in culpam. sic corpus esset impassi-
bile et tamen poterat cadere in penam. ideo pote-
rat mori. et poterat non mori. poterat habere q̄

poterat habere sufficientiam. et poterat habere indi-
gentiam. poterat obtemperare. poterat etiam aduer-
sus eam rebellionē et pugnam habere. Et propterea
in statu illo corpus erat tale. ut ab eo fieret descriptio
seminalis ad propagationem proles. per animalium
sexus mulieris pater eum precipiatis. fieret etiam hu-
moris nutritivis consumptio. per actionem caloris. si-
et etiam nichilominus restauratio per alimentum lignorum
parisi. restauratio per lignum vite seu preservatio hu-
mido radicali. quod quidem lignum hanc virtutem habu-
it ob quod ut dicit auus non solum fuit in cibum. verum
etiam in sacramentum. Incorruptio igitur et immortalitas
corporis a deo precipititer veniebat ab anima si-
cut a continentem et influente. a corporis bona et equi-
tatione sicut a dispositum et suscipiente. a ligno au-
tem vite sicut a vegetate et animalitate. a regie vero
divine providentie sicut interiorius conservante et exteriorius
protegente.

¶ Caplū undecimū.

DE toto autem homine in paradiso formato. hec te-
nenda sunt scilicet quod datus est ei duplex sen-
sus scilicet interior et exterior. mentis et carnis. da-
tus est ei duplex motus scilicet imperativus in vo-
luntate et executivus in corpore. Datum est ei du-
plex bonum unum visibile alterum invisibile. Datum
est ei duplex preceptum scilicet nature et discipline. Pre-
ceptum nature. crescite et multiplicamini. Preceptum
discipline. de ligno vite boni et mali ne comedas.

Iuxta qd datum est sibi quadruplex adiutorium
scilicet. sciencie. consciencie. sinderesis. et gracie. ex
quibus sufficienter habuit ut posset stare in bono
et proficere. et a malo cauere et declinare. **R**atio
autem ad intelligenciam predictorum hec est. qe
primum principium fecit mundum istum sensibi-
lem ad declarandum se ipsum. videlicet ad hoc qd
p illu tamq p speculu et vestigium reduceretur in
deum artificem amandum et laudandum. et sm
hoc duplex est liber. vnus scilicet scriptus intus.
qui est eterna dei ars et sapiencia. et alius scriptus
foris scilicet mundus sensibilis. **C**um igitur esset
vna creatura que habebat sensum intus ad cogni-
tionem liberi interioris vt angelus. et alia q sen-
sum habebat foris vt quoddam animal brutum.
ad perfectionem vniuersitatis fieri debebant crea-
tura q hoc sensu duplici esset pdita ad cognicōnem
libri scripti intus et foris idest sapiencie et sui ope-
ris. **E**t quia in cristo simul cōcurrit eterna sapien-
tia. et eius opus in vna persona. ideo dicitur liber
scriptus intus et foris ad reparacōnem generis hu-
mani. **E**t quia cuiuslibet sensui correspondet motus
Et ideo duplex est homini datus motus scz vnus
sm instinctu racōis in mēte. alius sm instinctum
sensu altatis i carne. pmi ē impare. scdi vero ē ob-
tpare sm rectu ordinem. **Q**ū aut fit eōuerso tunc
rectitudo et regimen anime p̄cipitur de statu sua

nature. videlicet vnam ad recte iudicandum. et
hec est rectitudo consciencie. aliam ad recte volen-
dum et hec est sinderesis. cuius est remurmurare
contra malum et stimulare ad bonum. duplicem
etiam super addit perfectionem gracie. vnam gra-
cie gratis date q̄ fuit sciencia illuminans intellec-
tum ad cognoscendum se ipsum. dominum suum
et mundum istum qui factus fuerat ppter ipsum.
aliam vero graciā gratum facientis q̄ fuit cari-
tas humilitans affectum ad diligendum dominū
super omnia. et proximum sicut se ipsum. et sic
ante lapsum homo habuit perfecta naturalia super
uestita nichilominus diuina gracia. Ex quo ma-
nifeste colligitur q̄ si cecidit homo non nisi ex sua
culpa fuit q̄ obedire contempsit.

Capitulum xij.

Ex predictis colligi potest. q̄ creatura mun-
di est quasi quidam liter in quo lucet repre-
sentatur et legitur trinitas fabricatrix h̄m epl̄icem
gradum expressiois scilicet per modum vestigy y-
maginis et similitudinis. ita q̄ ratio vestigy ve-
periat in creaturis omnibus. ratio ymaginis
solum in intellectuibus siue spiritibus racionabi-
libus. et ratio similitudinis in solis deiformibus.
ex quibus quasi per quosdam scalares gradus na-
tus est intellectus humanus gradatim ascendere
in summum principium quod est dominus deus.

Ratio autē ad intelligēciam p̄dictorū hec est. q̄e
omnes creature cū respectū habeant et depēdentiā
ad suū creatorem ēphater possunt cōpari ad ipsū
sc̄z aut sicut ad principiū creatiū. aut sicut ad ob
iectum motiū. aut sicut ad donū in habitatiū. p̄
momō comparatur ad ipsum omnis eius effectus.
Secūdomō omnis intellectus. Terciomō omnis
spiritus iustus. et ideo acceptus. omnis em̄ effect⁹
quātūmāq; habent parū de esse habet deum tamq̄
principium. omnis intellectus quemcūq; habeat
parum de lumine. natus est p̄ cognitionem et amo
rem deū capere. omnis spūs iustus et sc̄us habet
donū spiritalis sc̄a infusum sibi. **E**t quoniā creatura
nō potest habē deum sicut p̄cipiū q̄n̄ configeret ei
s̄m unitatem veritatem et bonitatem. nec deum si
c̄t obiectū quū eū capiat per memoriā intelligē
tiam et voluntatem. nec deum sicut donū infusum
quin cōfigurarēt ei per fidem spem et caritatē seu
triplicem dotem. et p̄ma cōformitas est longinqua
sc̄da p̄p̄nqua. tertia p̄p̄ma. **H**inc est q̄ p̄ma dicitur
vestigium trinitatis. sc̄da ymago. tertia simili
tudo. **E**st igitur spiritus racōnalis medius inter
p̄mam et ultimā. ita q̄ p̄mam habet inferius sc̄a
dam interius. tertiā superius. et ideo in statu inno
cēcie cū ymago nō erat viciata p̄ culpam s̄ dei for
mis p̄ grām effc̄a sufficiebat lib̄ creature in q̄ seip
sū excebat homo ad cōtūēdum lumē dīne sapiē.

ut sic sapiens esset cum uniuersas res videret in se videret in proprio genere. videret res in arte secundum quod tripliciter habet esse scilicet in materia vel natura propria in intelligentia creata et in arte eterna. secundum quod tria dicit scriptura. **D**ixit deus. fiat. fecit. et factum est ita proprie quam etiam triplicem visionem accepit homo oculum triplicem sicut dicit hugo scilicet oculum carnis quo videtur mundum et ea que sunt in mundo. oculum rationis quo videret animam et ea que sunt in animo. oculum contemplationis quo videret deum et ea que sunt in deo et sic oculo carnis videret homo ea que sunt extra se oculo rationis que sunt intra se et oculo contemplationis que sunt supra se. **Q**ui quidem oculus contemplationis actum suum perfectum non habet nisi per gloriam quam amittit per culpam recuperat per gratiam et fidem et scripturarum intelligentiam quibus mens humana purgatur illuminatur et perficitur ad celestia contemplanda ad que lapsus homo venire non potest nisi prius defectus et tenebras proprias recognoscatur quod non facit nisi ruinam humane nature diligenter consideret et attendat.

Incipit tertia pars de corruptela peccati. et de origine mali in communi.

Determinatis igitur breuiter aliquibus de trinitate dei et creatura mundi restat nunc breuiter atque tangere de corruptela peccati de qua tenendum in summa quod peccatum

institum sed quia de nichilo fuit et defectiua potuit
deficere ab agendo ppter deum ut scz aliquid face
ret ppter se no ppe deu at per hoc no a deo. nec se
cundu deu. et hoc est peccatu q modi speciei et or
dinis est corruptiuu. **Q**uia defectus est no habz
causam efficiete sed deficiete. scz defectu voluntatis
create. **Q**uia vero corruptio e et no nisi in bono et ois
est in re corruptibili. ideo no nisi in bono est ac per
hoc tu voluntas libera corrupat in seipsa modum
speciem et ordinem deficiendo a vero bono peccatu
omne inqatū huiusmodi e a voluntate sicut ab oi
gine pma et est in voluntate sicut i pprio subiecto
quod quide facit volūtas quando sua defectibilita
te mutabilitate et veribilitate spreto bono in defici
enti a incomutabili iherescit bono comutabili. **E**x
quibus colligitur q peccatum non est appetitio re
rum malarū sed desertio meliorum et ideo in appe
titu voluntatis est modi speciei et ordinis corrup
tiuū. **A**c per hoc a deo voluntarium quod si non
est voluntarium non est peccatum. **H**ys autem
preintellectis et manifestatis cadit impietas ma
mcheorum ponencium summe malum omnium
malorum primum quidem principium apparet
eciam que et quatis sit mali origo et eiam quid
sit mali subiectum.

De primorum parentum temptatione.

Ad intelligendum autē qualiter corruptela peccati intrauit in mundum. considerare oportet lapsum primi parentis translationē culpe originatis et ortum seu radicem peccati actualis. Circa lapsum ergo primi parentis haec tria occurrunt nobis consideranda scilicet temptatio diabolica culpa commissa et pena inflicta. Haec igitur de temptatione diabolica sunt tenenda. videlicet quod tū deus hominem condidisset in felicitate paradisi in sexu duplici scilicet virili muliebri. Diabolus inuidēs homini assumpta specie serpentina aggrediens mulierem. primo querēdo cur precepit vobis deus ne comederetis et cetera. Secūdo asserēdo dicens nequa quod moriemini. Tercio pmitteōdo eritis sicut dy scientes bonum et malum. volens ista temptatione decere mulierem infirmiore. et per illam postea prosternere sexum virilem quod et fecit domino permitte. Ratio autem ad intelligenciam predictōrum haec est quia sicut primum p̄cipium est potētissimū introducendo sic eciām est rectissimū in gubernando. Et ideo sic res quas condidit administrat ut ens ageve proprios motus sinat. Quoniam igitur homo sic factus erat ut per victoriam p̄gnet perueniret ad premium quietis ec̄erne licet deus sciret ipsum hominem ad temptationem quidem succumbere debuit tamen hominem permittere temptari ab eo qui videlicet sciret posset et velle.

Quoniam igitur diabolus qui prius erat sciens et
rectus per superbiam cadendo factus est versutus et iudus
ideo per inuidiam temptare volebat et per astuciam
sciebat et ideo temptauit iuxta quod potuit et deus
permisit Quod autem in temptando speciem serpenti
nam assumpsit hoc dispositionis diem fuit ut non solum
deprehendi eius versucia posset verum etiam ex illa
effigie versucia dyabolica in temptando cunctis filiis
adeo innotescere posset. **R**ursum quod temptauit de pre
cepto discipline hoc similiter fuit dispositionis di
em ut siue vinceretur siue viceret cunctis innotesce
ret meritum obedientie seu demeritum inobedientie.
Quod autem incepit a muliere hoc fuit versucie
sue quia facilis est deicere minus fortem. unde ver
sucia hostis ex infirmiori parte aggreditur ciuita
tem. Similiter modus quo in temptatione pro
cessit maxime versucie fuit quia experiendo impel
lendo et alliciendo processit. **E**xperientiam enim
sumpsit in interrogatione impulit in assecuratio
ne. allexit autem in promissione. **P**rimo enim
interrogauit de causa ipsius mandati ut rationem
duceret in dubium. **S**ecundo autem dubitatio est
habita ne forte moriamur assecurauit. ut irascibi
lem duceret in contemptum. **T**ercio promisit ut
concupiscibilem duceret in appetitum. et sic his
tribus autem modis libertatem traheret arbitrii
ad consensum que enim est facultas ipsius rationis

et voluntatis complectens nichilominus tres prædictas vires scilicet rationalem irascibilem et concupiscibilem respectu quarum dyabolus allexit mulierem per triplex appetibile. scilicet per scientiam que est appetibilis rationali per excellentiam ad modum dei que est appetibilis irascibili et per suauitatem ligni que est appetibilis concupiscibili. et temptauit de quod erat in muliere temptabile per omne illud per quod poterat in temptationem induci quod est triplex appetibile mundi. scilicet concupiscenciam carnis. concupiscenciam oculorum. et superbiam vite secundum que tria attenditur omnis temptatiois origo siue a mundo siue a carne siue a diabolo.

De transgressione eorūdem.

O culpa vero primorum parentum hec tenenda sunt scilicet quod mulier assensuens temptationi dyabolice appetijt scientiam et excellentiam ad modum dei. appetijt nichilominus experiri suauitatem ligni vetiti et tandem incidit in transgressionem mandati. Nec hijs contenta offerendo ei fructum ligni vetiti induxit virum qui nolens delectas suas contristari mulierem non corripuit sed potius consensum prebuit male suadenti et oblatum ipsum pomum quidem gustando factus est ei transgressor ipsius diuini precepti. Ratio autem ad intelligenciam istorum predictorum hec est qui cum ab ipso primo principio. ut supra dictum

fuit datus eēt hominī duplex sensus et appetitū
respcū duplicitatē libri ⁊ respcū duplicitatē boni
vt fm libertatē arbitrii homo posset ad vtrumqz
conuerti. **M**ulier audita suggestionē serpentis ex
teriori non reuertet ad librū interiorem qui legibi
lem se prebet recto iudicio rationis. sed potius sen
sum suū circa exteriore librū tenuit et circa exte
rius bonum negociari cepit. **E**t quia sensus eius
nō accessit ad verum infallibile appetitus eius con
ūta cepit ad bonum cōmutabile aperit igitur qd
diabol⁹ promisit et idō consensit vt faceret quod
suggessit. **A**ppetēdo igitur excellentē scienciā erecta
est in supbiā hoc ipso allecta ē ad gulam. **A**c per
hoc terciō pstrata est p iobedienciā. **P**rimū fuit i
mētē scdm in sensualitate. terciū i opere ⁊ sicut tēp
tatio ab inferiori incipiēs puenit vsqz ad summū
quia ab auditu per appetitū venit ad consensum sic
econuerso deordinatio a superiori incipiens perue
nit vsqz ad vnum et fecit vnum peccatum consum
matum quod in humana natura est omnis peccas
ti iniciū et omnium origo malorum. **N**am mul
ier illecta illexit virum que similitur ad librū ex
teriorem conuersus et ad illud bonum commubi
bile nimis apreciādo mulieris consortium et sue
societatis solaciū nec ipsam mulierem voluit cor
ripere nec quidem proprias delicias constāstari
et quoniam autem debuit eam corripere et non

corripuit. Ideo imputatur ei peccatum mulieris. quod
vero noluit delicias suas contristari a se repellendo
mulierem incepit nimium diligere seipsum. ac
per hoc recedere a diuina aicitia incidit in gulam et in
obedienciam. fuit ergo transgressio precepti com
munis utriusque licet ex alia et alia causa quia non
vir sed mulier fuit seducta. In utroque tamen sci
licet viro et muliere fuit deordinatio a summo usque
ad vnum quia primo in mente siue ratione. deinde
in sensuaitate et postremo in opere. Ideo enim ut
que prostratus fuit per in obedienciam. Et illectus
per gulam quia fuit uterque erectus in superbiam
mulier quidem appetendo et ambiendo quod non
dum acceperat. vir autem minus amando et app
ciando quod iam habebat. Unde mulier mandu
cando credidit sublimari. Adam vero estimans se
aliquod magnum et ipsi deo carum minus graui
ter se credidit puniendum. nundum enim exper
tus fuerat rigorem ipsius diuine seueritatis. et
sic uterque dum erexit se supra se cecidit misera
biliter infra se. scilicet a statu innocencie et gracie
ad statum culpe et miserie.

De punitione eorumdem.

Capitulum quintum.

De peccato
et de
obediencia
et de
superbia
et de
gula
et de
inobediencia
et de
transgressione
precepti
et de
deordinatione
a summo
ad vnum
et de
sensuaitate
et de
opere
et de
illectu
et de
sublimatione
et de
estimatione
et de
puniendo
et de
rigore
et de
seueritate
et de
cecidit
et de
statu
et de
gracie
et de
culpe
et de
miserie

De pena vero primorum parentum hoc aen-
dum est videlicet quod vir et mulier statim
post culpam senserunt penam rebellionis et eru-
bescentiae in carne et ideo ad cooperiendum verecū-
da fecerunt sibi perizonata. **P**ostea vero diuino
iudicio vir inurit penam laboris et angustiae. pe-
nam famis et indigencie penam mortis et reuer-
sionis in cinerem iuxta quod dicit scriptura. male-
dicta terra in opere tuo et cetera. **M**ulieri vero ē
multiplicata pena quoniam inflata est ei penalitas
multiplicium erumpnarum in cōceptu pena dolois
in partu pena quoq; subiectionis ad virum in cō-
uictu. ac per hoc secūdum quod amaret satis gra-
uiter fuit punitum illud peccatum scilicet lignum
viti esus licet fuerit satis facilliter perpetratum.
Ratio autē ad intelligēciam predictorum hec est. q̄
cum primum principium sit prouidentissimum in
gubernando et rectissimum in presidendo nichil pe-
sus in ordinatum dimittit vniuerso et quia culpa
recte ordinatur in penam conuenientius enim in
doleat quidem supplicio quam enim letatus in delicto
est. **Q**uoniam autem melius est dolere damp-
num ipsius salutis quam letari in ipso dampno
equitatis. **P**ropterea statim in primis parenti-
bus decus peccati subsecutum est decus ipsius iu-
dicy. ut quod inordinatum fuit cadendo ab ordi-
ne ipsius nature caderet statim in ordinem iusticie

Hic enim duplex ordo sic cuncta complectitur ut
quod ab uno acciderit in alteram differentiam rela-
batur. Quoniam igitur utque patens superbiendo
in mente et gustando in carne in obediens fuit su-
o superiori. Iusto dei iudicio factum est ut sibi fieret
inobediens suum inferius et maxime quantum ad par-
tes illas secundum quas est coniunctio utriusque sexus
que sunt membra virtuti generatiue deseruiencia et
quia hoc erat in eis non ex natura sed ex propria cul-
pa ideo erubescabant et coopiebant se. Rursus quia
spretis summo delictabili questiunt in carne delectari.
Ideo iusto dei iudicio inflatus est ei labor et defectus
famis et sitis. Postremo quia propter bonum carnis
separati elegit a bono mentis. Ideo iusto dei iudicio
anima in vita separatur a carne per mortem et cine-
rationem ac per hoc sicut dederat homini secundum ordi-
nem nature corpus subiectum anime propagabile sine
libidine. Vegetabile sine defectu. immutabile sine
morte interueniente. sic homine peccante secundum ordinem
iusticie subtrahere debuit predicta et infligere op-
posita ut sic culpa non remaneret impunita et in-
ordinata. quod nequaquam pati debet diuina prouidentia
a. et quoniam peccatum a muliere exordium sumpsit
ideo pena eius duplicari debuit. Quia igitur in me-
te superbiens fuit subiectionem enim inuenerit quia
lignum ad uiscendum suauis vidit et appetere do-
lorem inuenerit. Postremo quia enim fregit iugum

obediencie maritice vinculum et pondus multipli-
cis erumpne. Et sic patet quāto ordine diuine pro-
uidencie inflite sunt viro pene multiplices et du-
plicate in muliere. vt sic decus peccati non rema-
neret seu esset sine decore iusticie.

De originali peccati corrupcōe.

Post lapsum vero primi parentis dicenda sūt
aliqua de traductione peccati originalis. Cie-
ra quod primo considerandus est modus corrupti-
onis scdo modus traductionis. tercio modus cū-
tionis. Modus autem quo genus humanum per
originale peccatum corrūpitur hic est. Nam quilibz
per concubitū generatus nascitur filius ire. quia
priuatus rectitudine originalis iusticie. ppter cuius
absentiam incurrimus quantum ad animā qua-
druplitem penam. scz infirmitatē. ignoranciā. ma-
liciam. et cōcupiscenciā que quatuor inflita sūt
ppter originale peccatum quas sane penas spicitu-
ales cōtitatur in corpore multipliciter penalitas
multiplex defect⁹ mltiplex labor morb⁹. et mltiplex
dolor ad has qz penas sequit̄ pena mortis et inai-
rationis pena carēcie visionis dei. et amissiois glē
celestis nō solū in adultis verū etiā in puulis non
baptizatis qui quidē puuli pena mitissima inter ce-
teros puniūt qz solā penam dampnū habet sine pe-
na sensus. Ratio ad intelligēciam p̄dicōrū hec ē. qz
cū primū principium om̄ia agat a se p̄ se et ppter se

neceſſe eſſe optimū et rectiſſimū ac per hoc piſſi-
ſimum et iuſtiſſimū. et inde eſt q̄ vniuerſe vie eius
miſericordia et veritas ſiue iudiciū. **S**i enim de
a p̄cipio hominē in tātis miſeris cōdidisset nec
pietas eſſet nec iuſticia q̄ tāta opus ſuum preme-
ret vel opprimēt miſeria nulla p̄cedente culpa. **S**i
ſi tātis miſeris nos repletet vel repleti p̄mitteret
ſine culpa nec pie nec iuſte gubernaret nos diuina
p̄uidencia. **S**i igitur certiſſimū eſt p̄mū p̄cipiū a
p̄uidendo rectiſſimū et clemētiffimū eē. **N**āc eſt q̄
genus hūanū taliter ſteterit ut a p̄cipio nulla eſ-
ſet in eo nec culpa nec miſeria. **N**āc eſt etiā q̄ talis
adminiſtret ut nō p̄mitcat in nobis eſſe miſeriam
niſi p̄pter aliquā culpā p̄ambulā. **Q**m̄ igitur certū
eſt q̄ a noſtra origine multiplicem contrahimus
pene miſeriam certum eſt q̄ omnes naſcimur na-
tura filij ire ac per hoc p̄iuati rectitudine origina-
lis iuſtiāe quam p̄iuationem vocamus culpam o-
riginalē. **E**t quia omnis culpa dicit reſeſſum a bo-
no incommutabili et acceſſum ad bonum commu-
tabile et recedere a bono incommutabili eſt recede-
re a ſumma virtute veritate et bonitate accedere
autem ad bonum commutabile eſt plus debito in-
illud per amorem tendere. **H**inc eſt q̄ perdens o-
riginalē iuſticiā inuēnit quidem ipſam inſir-
mitatem ignorantiam. maliciā. et concupiſcē-
ciam. **R**urſus quia deſerens bonum icōmutabile

propter bonum commutabile efficitur indignus &
troqz. Hinc est qd ratione carencie originalis iusti-
cie perdit anima quietem temporalem in corpore
per multiplicem corruptionem et mortem et tandē
separatur a visione lucis eterne amittendo felici-
tatem glorie tam in anima quam in corpore. Pos-
tremo quia carencia huius iusticie in nascentibus
non est per motum voluntatis pprie nec per actu-
alem delectationem. Hinc est qd originali peccato
post hanc vitam non deletur pena sensus in gehē-
na pro eo qd supra condignum sed citra puniat di-
vina iusticia quam semper committatur suphabū-
dans misericordia. hoc credendum est sensisse bea-
tum aug⁹ licet verba ipsius exterius ppter detesta-
tionem erroris pelagiorum qui aliqualem felicitatem
eis concedebat. aliud sonare videantur ut eū
eos reduceret ad mediū habundancius declinavit
ad extremū.

De transfusione eiusdem

Modus aut traductōis culpe originalis videtur
ēē talis. qd licet aīa nō sit ex traduce origina-
lis. tñ culpa ab adā tñsit ad aīas posterorū mediāte
carne p cōcupiāz generāta. ita qd sic ab aīa pccante
infecta fuit caro ade et prona effecta ad libidinē sic
per libidinem seminata et secum trahens infecti-
onem viciōsam inficit quidem et viciat animam
que quidem infectio non tantū ē pena s; etiā culpa

⁊ sic persona corrumpit ipsam naturam ⁊ natura
corrupta corrumpit personam. salua diuina iusticia
cui nullomodo potest iputari infectio anime licet
eam creando infundat et infundendo vniat cū car
ne infecta **R**atio autē ad intelligenciam predictor
hec est. quia cum p̄mū principiū hominē fecit ad
suam ymaginē et p̄pter suysius expressionē sic
eum condidit ex parte corpis vt oēs homines p̄
pagarentur a p̄mo homine tamq̄ a p̄mo radicali
principio. sic ex parte anime vt p̄pter expressam
similitudinē tā in esse do et durādo q̄ intelligendo
et amando imediate emanarēt omnes spiritus ra
tionales ab ipso deo tāq̄ a principio p̄mo et inne
diato **E**t qm̄ spūs tāq̄ excellentior magis accedit
ad primū principiū sic condidit deus hominem vt
spiritus p̄sset corpi ⁊ corpus subeēt spūi creato
q̄ diu ille obediret spūi increato. ⁊ econtra si spūs
creatus nō obediret deo iusto dei iudicio corpus su
um inciperet rebellare sibi quod fecit cum adā pec
cauit **S**ic igitur si adā stecisset corpus suum obe
diens spiritui esset. et tale ad posteros mitteret et
deus animam infunderet ita q̄ corpori vniat imor
tali et sibi obedienti haberet ordinem quēdam ius
ticie et immūtatem omnis pene **S**ic ex quo adam
peccauit et caro facta est rebellis spiritui oportet ei
q̄ talem ad posteros transmittat etenim deus se
cundum institutionem p̄mariam animā ifundat

Anima vero cum dicitur carni rebeli inarric defee-
tum ordinis naturalis iusticie quo debebat omni-
bus inferioribus impare et quia anima carni uni-
ta est oportet qd ipsam trahat vel trahatur ab ipsa
et ipsam no potest trahere tamq̄ rebellem necesse
est ut ab ipsa trahatur et incuriat morbū concupi-
scencie. Ex quibus duobus tamquā ex auersione
et conuersione dicitur integrati secundum augus-
tinum et secundū anselmū peccatum originale.
Quonia igitur ordiatissimū fuit ut natura huma-
na ita condideretur. et quod condita ita propagaretur
sic et quod peccas ita puniretur sicut dictum est p̄
us sic qd in condicione seruetur ordo sapientie in p̄-
pagatione ordo nature in punitione ordo iusticie.
Pate qd n̄ est contra diuinā iusticiam si ad posteros
transmittatur culpa & rursus quia culpa originalis
in animā transfundi non possit nisi pena rebelliois
in carne preccederet et pena nō esset nisi culpa pre-
cessisset nec culpa preccederet a voluntate ordinata
sed inordinata. **Ac** per hoc non a voluntate diui-
na sed a voluntate humana. **Pate** quod origina-
lis culpe transfusio est a peccato primi hominis
non a deo non quidem a natura condita sed a vi-
tio perpetrato et sic verum est quod dicit augusti-
nus quod peccatum originale non transmittit ad
posteros ppagatio sed libido.

De auaratione eiusdem.

naturā in carne. ideo sic autē macula originalis in
mēte q̄ remanet infectio et seq̄la in carne. et q̄ hō
gnāt. nō h̄m q̄ curatus in mēte h̄ h̄m q̄ corruptus
in carne. nō h̄m q̄ spūalis. h̄ h̄m q̄ carnalis. Hinc
est q̄ q̄uis sit baptizatus et sit ab originali m̄da
tus in se trāsmittit t̄m in plem originale. **R**ursus
q̄ reatus pene eterne respicit deformitatē mentis
et p̄sone. actus autē respicit inclinacōnem carnis
et nature. ideo trāsit originale p̄ baptismū q̄tum
ad reatū et remanet q̄tum ad actū. **P**ostremo. q̄
afflictio t̄p̄alis cōdicōnem respicit ex p̄te carnis
cū caro semp remaneat subiecta cuidam infectioni
remanere debet semper subiecta penalitati. **E**t ideo
fiat penalitas et corruptio per gratiam nō aufertur
a carne. sic sequela illa siue concupiscentia et
languor mēbrorum simul stare potest cū gratia cu
ratam. et ideo q̄uis paulatiue minuatur tū radix
nō tollitur. nūquam omnino aufertur in viatore
nisi per gratiam singularem ne v̄gine. q̄ enim vir
go cepit eum qui erat expiatio omnis culpe. ideo
data fuit sibi gratia singularis qua extincta fuit
in ea radicitus omnis cōcupiscentia ad cōcipiēdum
dei filium absq̄z omni peccati labe et corruptela.

De actualibus peccatis. Ca. 8.

Postq̄ dictum est de traductione originalis
peccati. dicenda sunt aliqua. de origine p̄c̄i
actualis. de cuius ortu hec tenenda sunt in s̄ma.

valet q̄ peccatum actuale originem trahit a libera
voluntate vniuscuiusq; per suggestionem . delecta
tionem . consensum . et operationem secundum
illud . **Jacobi primo** . vniuscuiusq; temptatur a con
cupiscencia sua abstractus et illectus . deinde con
cupiscencia cum conceperit perit peccatum . pec
catum autem cum consummatum fuerit generat
mortem . **S**i autem suggestio et delectatio consis
tat circa consensum est veniale peccatum . **S**i ve
ro consequatur consensus et opus in hys q̄ diuina
lege prohibita sunt peccatum est mortale et con
summatum . **Q**uod si medio modo fiat vt consen
sus sit sine opere . aut quia vult in opus procede
re sed non potest et tunc voluntas reputatur pro
facto . nec minus culpabilis est quam si in ipso fac
to deprehenderetur . aut quia non vult in opus
procedere sed vult intrinsece voluptari in delectatio
ne et tunc manducat mulier et non vir . et licet
peccatum nō sit plene consummatum . est tamen in
ter mortalia computandum . quia muliere mandu
canto totus homo dampnari meretur quod mar
ime intelligi habet in p̄cis carnalibus . **R**atio aut̄
ad intelligēciam p̄dicōz hec est . **C**um p̄cis dicat
recessum volūtat̄is a p̄mo p̄cipio inq̄tū ipsa volū
tas nata est agi ab ipso . s̄m ipsum . et p̄t̄ ipsum
Omne peccatum est inordinatio mentis siue volun
tatis circa quam nata sunt esse virtus et vicium .

Peccatū igitur actuale cū est actualis inordinatio
volūtatīs. Inordinatio autē ista autē tanta est q̄ or
dinē iusticie exēmiāt et hoc mō dicit̄ mortale pec
catum. qđ natum est auferre vitā sepando ipsam
a deo p̄ quē viuificat̄ anima iusta. aut causa modi
ca est q̄ ordinē illum nō p̄mit. s̄ in aliquo pertur
bat tātum et tūc dicit̄ veniale peccatū. q̄ de ipō adi
pisci possum⁹ veniam cito. p̄ eo q̄ gratia nō tollit̄
p̄ ipsum. nec inimiciā diuinā incurrit homo. Est
autē ordo iusticie vt bonū incommutabile. p̄feratur
bono commutabili vt bonū honestum p̄feratur bono
vtili. vt voluntas dei p̄feratur voluntati nostre. vt
iudiciū racōnis recte p̄ferat̄ sensuabilitati humane
Et quoniā lex dei istum ordinem p̄cipit et vetat op
positum. Quādo bonum commutabile p̄fertur eterno
Et bonū vale p̄fertur honesto. et voluntas nostra
p̄fertur diuine volūtatī. et sensualis appetitus. p̄
fertur rationi recte committitur mortale peccatum.
de quo dicit̄ Ambro⁹. q̄ est p̄uaricacō legis diuine
et celestium inobedientia mandatorum. hoc autē
committitur siue omittatur q̄ lex diuina p̄cipit.
siue fiat id quod prohibet. Ex quo duplex peccati
genus oritur delictum scilicet et commissum. Quādo
vero bonum commutabile plus debito diligitur sed
non p̄fertur incommutabili et vtilitas non p̄fer
tur honestati. et voluntas nostra plus debito ama
tur ita tamen q̄ non p̄fertur diuine. et caro cōci.

Sensualem ratio sensualitati succumbat et mulier
serpenti obedit. ac p hoc fit subusio recti ordinis et
ita subusio iusticie pp̄ qd̄ comitat̄ p̄m̄ moze li-
cet minus ḡue q̄ nō solū imputat̄ mulieri. v̄z etiā
viro a q̄ mulier debet cōpesci et cohiberi ne obtempe-
ret serpenti. et sic patet q̄ imperperratione omnis
actualis peccati fit. aliquab̄ imitatio p̄mi peccati
fm̄ explanaōnem doctoris precipue Augustini.
p̄. de ciuitate dei.

De origine et distinctione capitaliū p̄ccōz. cā. 9

Consequēter autem descendendum est ad or-
tum peccatorum in speciali inter q̄ quedam
sunt capitalia. quedam penalia. quedam finalia
sue irremissibilia quasi prima media et postrema
Circā ortum vero peccatorum capitalium hoc est
in summa tenendum. valet q̄ peccatoz actualiam
vnum est initium. duplex radix. triplex fomen-
tum. septiforme capud siue capitale peccatum. v-
num inquam initium scilicet superbia. iuxta qd̄
dicat̄ scriptura. **I**nitium omnis peccati superbia.
Duplex radix scilicet timor male humilians. et a-
mor male accendens. **T**riplex fomētum scāidum
tria q̄ sunt in mundo scilicet concupiscentia carnis
Concupiscentia oculorum. et superbia vite. **S**ep-
tiforme vero capud scilicet. **S**uperbia. **I**ra. **A**cci-
dia. **I**nuidia. **A**uaricia. **G**ula. **L**uxuria. **I**nter
q̄ quinqz sunt spūalia peccata. duo vero vltima

sunt carnalia. **R**atio autē ad intelligentiā ho-
rum hec est q̄ cum peccatum mortale sit actualis
recessus a primo principio recedere autem a primo
principio nō potest esse nisi per contemptum ipsius
vel in se ipso vel in suo precepto. contemptus autem
primi principij est supbia necesse est q̄ omnis mor-
talis peccata culpa seu offensa initium sumat a su-
perbia. Quia vero nullus contempnit primum
principium vel sūmum eius preceptum per se nisi
p̄ hoc q̄ aliquid aliud ab ipso vel amat acquirere
vel timet perdere. Hinc necesse est omne peccatū
actuale originem trahere a duplici radice scilicet ti-
more et amore. q̄ radices sunt malorum licet non
eque p̄me. nam omnis timor ortum habet ab amo-
re. nullus em̄ timet aliquid perdere nisi q̄ amat il-
lud habere et ideo habet per ea foueri timor per q̄ fo-
uetur et amor. amor autem inordinatus est respec-
tu cōmutabilis boni et quomā illud est triplex scz
interius excellētia. exterius pecunia. inferius car-
nis lasciuia. Hinc est q̄ necesse est esse tria pecca-
tum actualium radicialia fomenta q̄ superius sunt
peccata. ad q̄ dum anima inordinatē ferit omnia p̄ca
capitalia oriuntur. et q̄ hoc fit s̄m septiformē mo-
dum. Ideo sunt peccata capitalia septem. ex q̄bus
generatur vniuersitas viciorum. Volūtas em̄ nr̄a
ā deordinat q̄ appetit q̄ nō est appetendum. ā q̄ re-
fugit q̄d nō est refugiendum. **S**z q̄ appetit q̄d nō ē

appetendum utpote bonū ut nunc seu cōmutabile
seu apparens bonum. aut est interius et sic est pri
uata excellentia q̄ amat supbia. aut est exterius
et sic sufficientia q̄ amat auaricia. aut inferius et
sic est delectabile quia ad cōseruationem indiu
dū et sic alimentum quod est delectabile secūdm
gustum et appetitur a gula. aut quia ad cōserua
tionem speciei et sic coitus qui est delectabilis h̄m
tactum et appetitur a luxuria. **Si** autem volūtas
deordinatur quia refugit q̄ non est refugiendum
Hoc potest esse tripliciter h̄m triplicem modum re
fugiendi. **Aut** enim refugit secundum puersum
instinctum rationalis et sic est inuidia. aut secun
dum instinctum irascibilis et sic est ira. aut secun
dum instinctum concupiscibilis et sic est acādia.
Vnde q̄ quatuor sunt principalia appetibilia et tres
vires secundum quarum instinctum est fuga ideo
tantum septem sunt peccata capitalia. **Rursus** q̄
sensus appetibilis est cum delectatione. sensus q̄
rei fugiende est cum dolore. **Hinc** est q̄ quatuor
habent cōiunctam leticiam. tria vero alia habent
ad cōiunctam tristitiam et penam. omnia tamen
dicuntur capitalia. q̄ deordinationes sunt princi
pales et multarum deordinacōnum principia suo
modo influentia. **Vnde** licet q̄dam ex hys fugam
respiciant habent tamen et ipsa delectabilia sua.
Nam inuidia vult puatim bonū possidere sine sociō

et ita integraliter. et ita sine cōtrario et ita impū-
babiliter. accidia sine labore aliquo. et ita infatiga-
biliter. Et q̄ hec nō de facili obtinētur. ideo magnū
exercitiū viciōrū secum trahunt ad hec q̄ appetūt
assequēda. vel ad ea q̄ respiciūt declināda respectu
quorum dicūtur peccata capitalia quasi capita ex
quibus manant alia q̄ plurima.

Capitū p.

De peccatis autem penalibus tenēdum est il-
lud scilicet q̄ licet malum culpe et malum pe-
ne sint diuerse malorū differēcie q̄dam tamen sic
sunt peccata q̄ etiam sunt peccati pena. Speciali-
namq; modo peccata et pene peccati dicūtur illa q̄
habent adiūctum dolorem et mesticiam sicut acci-
dia inuidia et cōsimilia. Quibus specialiter dicūtur
illa q̄ habent adiūctam vel meram deprauationem
nature vel ignominiam sicut sunt illa quātum ad q̄
dicūt peccator in reprobū sensum emdi. Enālitur
aut peccata q̄ sunt inter p̄mā apostasiā et ultimā
gehennē penā et peccata possunt dici et pena peccā-
ti. Iuxta q̄d dicit gregorius crimina criminibus vin-
dicari. licet aut idem dicatur p̄m et pena peccati.
tenēdum tamen est q̄ omnis pena inq̄tum pena
iusta est et a deo. nulla vero culpa iusta nec a deo s̄
tantum a libero voluntatis arbitrio. pena vero q̄
recte est pena a deo est inflata. q̄ vero est culpa vel

indignatus ad culpam est cōtacta vel acta. **R**atio
autem ad intelligenciam predictorum hec est. q̄ cū
malum dicat excessum a primo principio per hoc
q̄ nocet bono. nō autem nocet bono nisi aliquid
adimendo de bono. Bonū autem consistit in modo
specie et ordine. Nullum est malum q̄ nō sit speci
ei modi et ordinis corruptiuum. Ordo autem dupl
ex est scilicet ordo nature. et ordo iusticie. Ordo autē
nature in bono naturali. et ordo iusticie in bono
morali. Et q̄ bonum naturale in omni natura.
Bonum morale in voluntate habet consistere. ideo
ordo nature est in omni natura. ordo autem iusticie
in voluntate electiua consistit. Et quia voluntas
est instrumentum se ipsum mouens. natura vero
misericordie. Hinc est q̄ ordo iusticie est ordo non
tantum factus. s̄ etiam factiuus. Ordo autem natu
re est ordo factus. Quoniā ergo malum potest pri
uare ordinem nature. et ordinem iusticie. Hinc ē
q̄ duplex est malum culpe scilicet et pene. Rursus
q̄ ordo iusticie est ordo voluntarius. Hinc est q̄
malum culpe est affectio voluntaria. malum autē
pene est affectio inuoluntaria. Postremo. quia or
do iusticie qui inest voluntati est ordo factiuus. ideo
malum culpe quod est priuatio eius est malum qd
facimus. et malum pene est malum quod patimur.
Et quia nō est passio nisi naturaliter predat actio
nec est actio ad quā non sequatur aliqua passio.

Hinc est q̄ nulla est p̄na sine p̄cedente merito cul-
pe. nulla est eciam culpa quin comitetur aliqua pe-
na. **E**t quoniam q̄d facimus a nobis est. q̄d nos
vero patimur potest esse a nobis. et ab alijs vtro-
te a causa superiori ul' inferiori. ideo licet omnis cul-
pa sit a nobis. nō tamen omnis pena a nobis. p̄m-
mo q̄dam est a nobis acta. q̄dam inflicta. q̄dam
cōtracta. **E**t q̄ cum q̄ facit q̄d nō debet. dicit̄ iustū
esse pati q̄d debet. ideo omnis pena inquat̄um pena
iusta est et a diuina p̄uidencia. q̄ ad culpam ordi-
nata et ipsius culpe ordinatiua. **Q**uia vero passio
illa potest esse per adp̄cionem boni naturalis vel
boni moralis cū naturali. **H**inc est q̄ q̄dam pena
est mere pena. q̄dam vero est pena et culpa. q̄ bonū
moralē q̄d est iusticia nō adimit̄ nisi per iniusticiā
qui est culpa. **P**rima igitur pena a deo est et p̄m q̄
est pena. et p̄m id q̄d est. a deo sc̄z inq̄ nō instituen-
te s̄ vindicāte. **S**ec̄da vero cū sit culpa p̄m id q̄ est
a deo nō est. sed solum q̄tum ad ordinem. ipsa ve-
ro vel est acta si sequit̄ ad actuale vel est contracta
si sequit̄ ad originale. **S**i igitur p̄prie accipiatur
malum. p̄m q̄ est p̄uatio boni naturalis et affectio
inuolūtaria et malum q̄d patimur sic nō coincidit
cum malo culpe in idē licet sit annexum eidem.
Si vero dicat̄ large vt dicat̄ malum q̄d patimur
sive a nobis sive aliūde sive in natura sive in volū-
tate sic coincidunt in idē sed non ad idē vel p̄m

idem. q̄ q̄ nō est in se culpa dicitur p̄cedentis pe-
na. vel culpa ratione actionis pena dicitur esse ra-
tione passionis. et sic patet quomodo pro quāto et
quare aliquid dicit̄ simul peccatū et pena peccati.

Capitulum xi.

De peccatis autem finalibus siue irremissibi-
bus cuiusmodi sūt peccata in spiritum san-
ctum hoc est tenendum. q̄ licet omne peccatum ge-
neraliter sit contra deum trinū et vnū. a ppriate
tamen aliquod dicitur esse in patrem. aliquod in
filium. aliquod in spiritum sanctum. hoc autē pec-
catum in spiritum sanctum irremissibile dicitur in
digne accedētibz se exhibet ad grām curatiōis .

Hinc est q̄ tamq̄ plenū gracie et veritatis ad ma-
iorem euidentiam significandi ad efficaciam sc̄tificandi
sacrā instituit in electis simul et verbis ut dū elcā
ocul et v̄ba auribus se offerret q̄ sunt duo sensus
maxime cognoscitiui euidentiam daret significatiōis
exp̄sse . Deinde eciā v̄ba significaret elcā ut plenior

fieret efficacia caritatis humane. quoniam nul-
li datur repugnanti et impugnanti fontem gratie
intencius in corde. **I**deo sic instituta sunt ut significa-
rent semper et vniuersaliter. non autem sanctifica-
rent nisi. accedentes digne absque animifictione.
Postremo quoniam et si verbum incarnatum sit
fons gratie sacramentalis fuit ante incarnacione.
Aligua vero non nisi post spiritus sancti missionem.
quedam vero medio modo se habentia. **H**inc est
quod oportuit sacramenta institui diuersimode. Nam
ante incarnacionem necessaria fuit et punctio peni-
tencialis et generacio matrimonialis. **I**deo hec
duo sacramenta non de nouo instituit sed iam a se
instituta et naturalia dictamini quodammodo im-
pressa consumauit et confirmauit in lege euange-
lica dum penitenciam predicauit et nupcijs inter-
fuit et legem coniugij approbauit secundum quod tol-
litur ex diuersis euangely locis. **A**n te vero spiri-
tus sancti donacionem nec fuit plena donacio spi-
ritus sancti ad confirmacionem et nominis cristi
publicam confessionem. nec unctio mentis plenaria
ad euolacionem. **I**deo hec duo sacramenta scilicet
confirmacio et extrema unctio cristus solum imia-
auit et insinuauit. confirmacionem. manum peruu-
lis imponendo et predicando discipulis eos bap-
tizando spiritu sancto. **U**ncionem vero discipulos
ad curandum mittendo qui infirmos ungebant oleo

hic dicitur in tharco. medio vero tpe fuit regnatio et ede-
desie ordinatio. et spiritualis cibatio. Ideo hec tria
sacramenta scilicet baptismi. eucharistie. et ordinis
et complete dedit et clare instituit primo baptismum
suscipiendo. Deinde formam dando et ceteris pub-
licando. Ordinem vero dando primo potestatem li-
gandi et soluendi peccata humani generis. et po-
testatem conficiendi sacramentum altaris. Euka-
ristiam vero copando se grano frumenti et conficien-
do et dando imminente passione sacramentum corpo-
ris et sanguinis sui. Et ideo hec tria sacramenta
per castum distinde et integre debuerunt institui et
in lege veteri multipliciter figurari tamquam sacramen-
ta substantialia noui testamenti et propria legis latoris scilicet
uerbi incarnati.

A. Caplin v.

De dispensacione vero sacramentorum hoc te-
nendum est. quod potestas dispensacionis sacramen-
torum regulariter spectat ad solum genus humanum. In
omnibus autem sacris dispensandis necessaria est in dispensan-
te intentio. in aliquo etiam necessario cum intentione requiritur
ordo sacerdotalis scilicet ut pontificalis. pontificalis inquam neces-
sarius est dispensacioni confirmationis et ordinis. Sacer-
dotalis vero dispensacioni eucharistie penitencie et
unctionis extreme. Baptismus autem et matrimonium
licet ad sacerdotes spectet potestatem tamen propter ordinem sa-
cerdotalem dispensari de facto maxime in articulo
necitatis. hys autem extraneis sacra dispensari potest

a bonis et malis a fidelibus et hereticis intra ecclē
siam et extra s̄ intra s̄m veritatem et utilitatem
extra vero nō ad utilitatem licet dispensentur s̄m
veritatem. **R**atio autem ad intelligentiam predic
torum hec est quia reparatiuum principium nost
rum verbum scilicet incarnatum in quātum deus et
homo sacrā instituit ad salutem hominum. ordina
uit sicut et cōgruum fuit q̄ hominibus dispensa
rentur per ministerium hominum p̄pter cōseruan
dam vniformitatem dispensationis ad saluatoreē
cristum et ad hominem saluandum. **Q**uoniam
igitur cristus saluator humanum genus saluauit
s̄m qd̄ exigerat equitas iuris. dignitas ordinis et
securitas salutis. operatus est salutem nostrā mo
do recto et ordinato et certo. **H**inc est q̄ s̄m horū
trium exigentiam sacrā cōmisit hominibus dispen
sanda. **P**rimo igitur q̄ rectitudo iuris exigit vt o
pera hominis s̄m q̄ homo nō fiant precipitante
et opera hominis vt minister cristi aliquomodo refe
rantur ad cristum et opera hominis vt minister
salutis aliquomodo referantur ad salutem vel in ge
nerali vel in special. et dispensacō sacramētorum
est opus hominis vt racōnalis. vt minister cristi
vt minister salutis. **H**inc est q̄ necesse est esse q̄
fiat ex intentione. et ex intentione qua q̄s intendit
facē q̄ x̄ps instituit ad huānam salutē p̄ saltē facē
qd̄ s̄nt ecclēsia in quo claudit̄ in quāli intēcio p̄dca

q̄ ipsa ecclesia fiat a cristo sacramentū accēpit sic
ad fideliū salutem dispensat. **V**rsus quia or
do dignitatis exigit ut maiora maioribus et mino
ra minoribus. et media medijs cōmitantur. **E**t
q̄dam sunt sacramenta q̄ precipue respiciunt ex
cellenciam virtutis seu dignitatis vt sacramētum
confirmacōis et ordinis. q̄dam q̄ inspicunt indi
genciam necessitatis vt baptisimus et m̄mōnium
quorum vnū generat. alterum regenerat ad exis
tenciam debitam. q̄dam autem media vt eukarist
tia et penitencia et v̄ncio extrema. **H**inc est q̄
prima tanquā extrema nō possunt dispensari nisi
ab ep̄is et pontificibus quātum est de iure cōmuni
alia vero tanquam infima dispensari possunt a q̄
buscumq; ordinibus et personis inferioribus maxi
me in articulo necessitatis qd̄ dico racōne baptisimi
media vero a solis sacerdotibus qui inter ep̄iscopos
et inferiores personas sunt quasi in medio cōstituti
Postremo q̄ securitas salutis erigit vt res sic fiat
vt in dubium non cadat. et nullus est qui cer
tus sit de bonitate et credulitate dispensatoris.
Et idem ipse non est certus de se vtum amore vel
odio dignus sit. **I**deo si sacramenta dispensari
solum possint a bonis. nullus esset certus de suscep
tione sacramenti et sic oporteret semper iterari.
et malicia vnus preiudicaret aliene saluti. nul
la etiam esset stabilitas in gradibus ierarchie

baptismus potest esse extra ecclesiam. mutus au-
tem beate vite non nisi intra ecclesiam reperitur. quod su-
pra petram etiam fundata est quod ligandi et soluen-
di claves accepit. hec est una quae tenet et possidet om-
nem sponsi sui et domini potestatem per quam coniu-
galem potestatem etiam de ancillis parere filios
potest. qui si non supbiant in sortem hereditatis re-
cabuntur. si autem supbiant extra remanebunt. ma-
gis ergo qui pro ecclesie honore atque unitate pug-
namus non tribuamus hereticis quidquam apud eos
eos cognoscimus. sed eos arguentes doceamus. quod
quod ex unitate habent non valere ad salutem nisi ad
eandem redeant unitatem.

¶ Ca. vi.

Diteratione autem sacramentorum hoc tenen-
dum est quod licet sit commune omnibus sacra-
mentis non iterari super eandem personam et materiam et ex
eadem causa. ne fiat contumelia sacramento. **S**pecia-
liter tamen sunt tria sacramenta quae non sunt aliquatenus ite-
randa scilicet. baptismus. confirmatio. et ordo. **I**n his autem
tribus imprimatur triplex character interior qui non
deleat inter quos character baptismalis vetinet funda-
mentum. nec potest alij imprimi. nisi ille primitus imprimat.
Nisi si quis ordinatur non baptizatus nichil profusus effi-
cit. sed totum de nouo faciendum quod non intelligit iteratum
quod constat non fuisse factum. **R**atio autem ad intelligenda
am praedictorum haec est. quod principium nostrum repatum verbum scilicet
incarnatum licet ratione suae virtutis a sapientie et bonitatis nihil

agat in efficacitate nichil inepte. nichil in fructuose. potissime tamen obseruari debet in suis nobilissimis operibus cuiusmodi sunt illa per quae reparatur genus humanum. Quoniam ergo sacramenta sunt de genere huiusmodi operum diuinorum.

Hinc est quod contumelia quodammo do fit eis. quando super eandem materiam et personam et ex eadem causa iterantur. quia in hoc ostenditur quod prius dispensata fuerunt in efficaciam et inepta ex infructuosa. contra illud quod exigebat ipsius reparati principij virtus et sapientia et bonitas summa quae semper assistit ad operandum in illis et per illa sacramenta. **R**ursus autem quoniam inter haec sacramenta reparatiua in quibus est generaliter efficaciam diuinae virtutis ad reparationem humani generis quaedam sunt quae tantum introducta sunt propter remedia morborum quaedam etiam quae non solum ad hoc sed etiam ad statuendum et discernendum et ordinandum in ecclesia ierararchicos gradus. et morbi potest variari expelli et iterum introduci. **G**radus autem ecclesiae debent esse firmi solidi et incommutabiles. **H**inc est quod sacramenta quae respiciunt morbos iterabiles habent efficaciam transentem. ac propter hoc iterabiles ratione nouae cause sacramenta vero illa quae respiciunt gradus ierararchicos et status fidei determinatos necesse est quod propter efficaciam remediatis aliisque efficaciam tribuant permanentes ad gradum et statum ecclesiae distinctionem firmam et stabilem.

et qm hoc nō potest fieri per data naturalia vel so-
na gratuita gratum facienda. necesse est fiat per a-
liqua signa substantie incorruptibilis scilicet anime
incorruptibiliter a principio incorruptibili secūdu
conformitatem ad incorruptibile indelebiter et
gratis impressa. q̄ caracteres appellantur. Qui quo-
niam nūquam delentur. Ideo nec iterari possunt
nec illa sacramenta in quibus caracteres imprimū-
tur. **P**ostremo quoniam triplex est status fidei
secundum quem habet fieri distinctio in populo cris-
tiano videlicet in acie ecclesiastice ierarchie scilicet
status fidei genite roborate et multiplicata. secun-
dum primum fit distinctio fidelium ab incredulis.
per secundum fit distinctio fortium a debilibus. per
tercium fit distinctio clericorum a laicis. **H**inc
est q̄ illa sacra q̄ respiciūt eplice fidei statu p̄dictū
caractēs imprimūt p̄ q̄s indelebiter impressos semp
distinguit. ac p̄ hoc nūq̄ iterari possūt. **Q**m ḡ
baptismus respiciat statu fidei genite in quo pplūs
dei distinguit ab incredul ut israhelice ab egipcys
Et cōfirmacō respiciat statum fidei roborate in q̄ dist-
inguitur pplūs fortis ab infirmis sicut pugiles ab
hys q̄ nō sūt ad pugnādū ydonei. **O**rdo respicie
statu fidei multiplicata in q̄ distinguit clericos a laicis
sicut leuite a cub⁹ alijs. **H**inc ē q̄ in hys tribus tm̄
sacris caractēs imprimūt. **Q**uia vero distinctio ppli a
nō p̄ se ē p̄ma et radical⁹ **H**ic ē q̄ caractē baptisimat

est fundamentum omnium aliorum characterum
Et ideo illo non substrato nichil poterit superedificari
ac per hoc oportet de nouo fieri. Si autem ille sub
stratus fuerit alij imponi possunt nec unquam ulte
rius iterandi sunt. nec tria sacramenta predicta que
eos imponunt. ex causa aliqua iterantur. et grauis
de facto iterantibus debet imponi penitentia. propter
diuini sacramenti contumeliam. licet ab eis quatuor
ex causis diuersis p[ot]t sine sua contumelia iterari.

Septimū caplū.

Iam nūc septimo loco restat videre de integritate
cuiuslibet sacramēti que cum sit in numero sep
tiformi. Primo videndum est de integritate bap
tismi quod est ianua omnium aliorum sacramētorum
De integritate igitur sacramenti baptismi. Hoc
tenendum est. quod ad hoc quod aliquis baptizetur recte
et plene requiritur expressio forme rationis a do
mino instituta que est hec. Ego te baptizo In noie
patris et filij et spiritus sancti amen. absque omissi
one vocali. et sine interpositione vocabuli absque pro
posteracone ordinis supradicti. et sine immutacione
nominis pronominati. Requiritur etiam merio vel
ablutio per elementum aque in toto corpore vel salte
in digniori parte. ita quod expressio et merio fiat ab
vno et eodem et in eodem tempore. quibus coar
rectibus si non sit fixio in baptizato datur ei gratia
regenerans. rectificans. et purificans ab omni culpa

quod ut efficacius fiat cathecismus et exortismus tam
quam paratorij permittuntur tam in puerulis quam
in adultis requiritur fides propria in puerulis sufficit
aliena. Ratio autem ad intelligenciam predictorum
hec est quod cum principium nostrum reparatiuum
verbum scilicet incarnatum tamquam perfectissimum
et sufficientissimum reparare habeat genus huma-
num per medicamenta sacramentorum ita quod nichil
sit superfluum nichil inordinatum nichil etiam
diminutum ita quod disponere debuit quod sacramenta
baptismi et alia integrarentur secundum quod exigebat sua
virtus nostra salus et etiam nostra morbus.

Quoniam igitur virtus nos reparans est virtus
vocis trinitatis quoniam sancta mater ecclesia cre-
dit in animo confitetur in verbo et profitetur in sig-
no sub trium personarum distinctione et propria
et ordine et origine naturali. Est etiam virtus passi-
onis christi qui mortuus et sepultus fuit et die ter-
cia resurrexit. Hinc est quod ad horum expressionem
in sacramento quod primum omnium sacramentorum
est in quo primo et principaliter hec virtus operatur
debet fieri expressio trinitatis indistincta propria et
ordinata nominatione quantum est de forma commu-
ni. Licet aliquo tempore potuerit fieri in nomine
christi in quo intellectus clauditur trinitatis. Debet
etiam fieri expressio verbi baptizandi cum trina im-
mersione ad expressionem mortis christi et sepulture et

resurrectionis post tribuum facte q̄tūm est de gra-
tuitate. Et quia simul opatur utraq; virtus. Et
in vno saluatore cristo utrumq; horum debet fieri
ab vno et eodem simul et in eodem tempore ppter
seruandam vnitatem in sacramento et significan-
dam vnitatem in saluatore nostro et mediatore
cristo. ¶ Rursus quoniam salus nostra require-
bat inchoari per regeneracōnem seu renouacōnem
in esse gracie conferentis spirituale esse. abstergen-
do immūdiā. effugando tenebram. et refrigeran-
do cōcupiscēciam q̄ vniuersaliter labefacit omnem
hominem descendētem semināliter ab adam. ¶
Hinc est q̄ sacramentum primum qd̄ est regene-
ratiuum debet fieri in elemēto qd̄ haberet conformi-
tatem ex naturali representacōne ad triplicem ef-
fectum predictum gracie inchoantis nostram salu-
tem. Quoniam ergo aqua sua puritate mūdāt
sua peruetate luminis est delatua. sua frigidita-
te refrigerat. Et maxie cōe est oibus inter oia liqui-
da. ¶ Hinc est q̄ sacramentū regnācōis nr̄e p̄fici d̄z
in elemēto aq̄ mdr̄iter. qz ois aq̄ oia que eadem
est sp̄e. et similiter ne aliqs ppter defectū elemēti
p̄ciliū salutis iactē possz. Postremo qm̄ morb⁹
nr̄ p̄tra qz p̄ncipali ē baptism⁹ ē origiāle p̄c̄m. qd̄
aiām p̄uat vita gr̄e. ⁊ oim̄ v̄tutū r̄cūdiē. Et hitat
et p̄nā qd̄ amō reddit ad oē ge⁹ culpe. et t̄nducit
aiūdē. ⁊ puulū f̄c̄t cōcupiscibilem. adul̄t̄m vero actu

concupiscentem. redigit etiam in diabolicam seruitutem et in potestatem principis tenebrarum. Hinc est quod ad hoc quod per illud sacramentum per contrarium sufficiens adhibeatur remedium. congruit in eo dari gratiam regenerantem contra priuationem vite gratuite. gratiam rectificantem in septiformi virtute contra priuationem virtutis habilitatiue. gratiam purificantem ab omni culpa. contra prouitatem ad omnem deordinationem viciosam. Et quoniam originale peccatum trahitur aliunde. et puulum facit concupiscibilem et adultum actu concupiscentem. necessaria est adulto fides propria et penitentia. et puulo sufficit aliena que scilicet est in vniuersali ecclesia. Quia vero baptismus debet erueret a seruitute diaboli et de potestate principis tenebrarum tam puulos quam adultos. Hinc est quod vterque exortizari debet per expulsionem potestatis contrarie. vterque etiam cathetizari. adulti ut expulsa caligine erroris instruuntur ad fidem puuli vero ut sciant patrum quid eos debeant docere ne pro humano defectu impediatur baptismi sacramentum quod terminus habeat finem suum.

Capitulum octauum.

De sacramento confirmationis hoc tenendum est quod ad ipsius integritatem requiritur forma vocalis que secundum morem magis conueniens est. Signo te signo crucis. et confirmo te crismate

salutis in nomine patris et filii et spiritus sancti. Requirit etiam
crisma quod conficitur ex oleo et balsamo. de quo tamen per manus
Episcopi signum crucis fronti imponitur sub predicta forma. ubi
confirmacionis suscipitur sacramentum per quod confirmatur homo ad no-
men christi audacter et publice confitendum. **H**omo autem ad in-
telligenciam predictorum hec est. Quia reparatum pre-
cipium nostrum verbum scilicet incarnatum sicut
eternaliter conceptum est in corde patris et corpora-
liter in carne sensibiliter apparuit homini. sic ne-
minem reparat nisi ipsum et corde concipiat crede-
do. et creditum exterius confitendo. deponat con-
fessione debita cuiusmodi est confessio viridica vir-
tute plena que non tantum est veritas speculativa ve-
rum etiam practica. in qua non tantum est adequa-
cio intellectus sermonis veri verum etiam in qua
totus homo veritati conformatur secundum intel-
ligenciam rationis. secundum complacenciam vo-
luntatis. et secundum adherenciam virtutis. ve-
lit ex toto corde tota anima. tota mente. sit ex corde
puro et consciencia bona et fide non ficta. Et est tra-
his confessio integra placida et intrepida. ut sit in
rota eius de qua placida rota eius coram qua est. Intrepida
rota eius a qua fieri habet ulla confessio. Quoniam in hoc homo pu-
sillanimis non est idoneus nisi per manus superne gratie confortatus
est ideo ad hoc sacramentum confirmacionis fuit diuinitus insti-
tutum tanquam immediate sequens baptismum. Quia vero fi-
nis imponit necessitate hys que sunt ad finem. id est itaque

debet hoc sacramētum huiusmodi exigentiam confessionis
predicte et suarum conditionum trium videlicet pre-
dictarum. **P**rimo ergo quod confessio hec debet esse in-
tegra et integritas confessionis non est nisi quis con-
fiteatur christum verum hominem pro hominibus
crucifixum eundemque verum dei filium in trinitate
patri et spiritui sancto per omnia coequalem. **I**nde
est quod in forma vocali non tantum fit expressio actus
confirmandi verum etiam in ipsius signi crucis et
nominis beatissime trinitatis. **A**mplius quod con-
fessio debet esse placida ratione eius coram quo fit
et fieri habet coram deo et hominibus et deo non
potest placere nisi assit lumen intelligentie et nitore
conscientie nec proxime nisi assit odor bone fame et
vite honeste. ideo ad horum designationem in electo
exteriori commiscetur oleum oliuarum quod est nitidum
balsamo quod est odoriferum. ut per hoc sanctificetur
quod confessio ad quam hoc sacramētum ordinat et dis-
ponit coniunctum debet habere et nitorem conscientie
et intelligentie cum suavi odore tam vite quam fame ne
aliqua contrarietas sit inter linguam et conscientiam
et inter vitam et famam. propter quam talis confessio
acceptetur ab homine nec approbetur a christo. **P**
Postremo quod talis confessio debet esse intrepida ut
nec timore nec pudore quis dimittat dicere verita-
tem. nec tunc persecutionis christi ignominiosam mortem
crucis confiteri publice formidet. Perubescat precipue

horrens in similem incidere penam et ignominiam
 passionis. et huiusmodi timor et pudor potissime
 apparent in facie et maxime in fronte. Et ideo ad
 omnem verecundiam et formidinem appellendam et
 manus potestiva imponit quae officinat. et erup frontem
 imprimitur ut non erubescat eam publice confiteri
 nec formidet pro confessione nominis casti si opus
 fuerit quamcumque penam vel ignominiam sustine-
 re. tamquam verus pugil vinctus ad primum. et tamquam
 miles strenuus ferens in fronte regis sui signum
 et crucis eius triumphale vexillum tum quo paratus
 fit hostium aeneos penetrare securus. Nemo enim
 crucis gloriam libere potest predicare si crucis pena
 et ignominia formidetur. Juxta quod dicebat sanctus
 Andreas. ego si crucis ignominiam expauescerem
 crucis gloriam misericordie predicarem.

C. Caplm 12.

H. A.

*Hoc raptim totum
 sapit doctrina
 Berengarianam
 olim. quae nunc
 Sacramentarium
 et Galvani dicitur.
 Hoc vero vult
 quo nulli sunt
 tentia in hoc
 capitulo sapient
 flarosi, verum*

O E sacramento eucharistie hoc tenendum est
 quod in hoc sacramento verum corpus et verus
 sanguis christi non tantum significatur sed etiam ve-
 raciter continetur sub duplici specie panis scilicet
 et vini. tamquam sub vno non duplici sacramen-
 to. hoc autem post consecrationem sacerdotalem quae fit in
 placone verbalis forme a domino institute super panem hoc
 est corpus meum. super vinum vero. hoc est calix sanguinis
 et
 Quibus ubi cum intentione conficiendi a sacerdote platis
 transibat utrumque elementum secundum substantiam in corpus et sanguinem
 omnia consueverunt catholice religioni.

Ihesu cristi. remanētibz speciebus sensibilibus.
sub quarum utraqz continetur totaliter nō cirā
scriptibilitē nec localiter s; sacramentaliter totus
cristus. in quibus pponitur nobis eciā ut cibus
quem qui digne accepit nō solum sacramentaliter
verum eciā per fidem et caritatem spūaliter
manducando corpori cristi mystico magis incorpora
tur et in se ipō reficitur et purgatur. qui vero indig
ne accedit iudicium sibi manducat et bibit nō diu
dicans sanctissimum corpus cristi. **R**atio autem
ad intelligēciam p̄dictorum hec est. quia principi
um nostrum reparatiuum verbum scilicet incarna
tum et sufficientissimum est in virtute et sapientis
simum est in sensu. ideo sic nobis contulit sacrā h̄m
quod exigit sapientia et sufficientia sua. et qz suffi
cientissimum est. ideo in largiēde medicāmen
ta morborum et carismata grāciarum nō tantum
instituit sacramentum qd nos in esse grācie gene
raret ut baptismum. et gemitos augmentaret et
roboraret ut confirmāōnem. verum eciā qd ge
mitos et augmentatos enutritet ut sacramentum
eucharistie ppter qd hec tria sacramēta oibus dan
tur q̄ accedunt ad fidem. **Q**m̄ igit̄ nutrimentum
nostrū optum ad esse gratuitum attendit̄ in vnoqz
fidelīū p̄ cōseruāōnem deuocōnis ad deum dilecti
ōnis ad primū. et delectacōis intra se ipm̄. et deuo
tio ad deū exercet̄ p̄ sacrificij oblacōnem. dilectio

ad proximum per vnius sacramenti cōmunionem.
et delectatio intra se ipsum p viatici refectionem.
Hinc est q̄ principū nostrum repatiuum istud sa-
cramētum eukaristie dedit in sacrificium oblatōis
Et sacramētum cōmunionis et viaticū refectionis.
Quia vero principū nostrū repatiuū nō tantum
est sufficiētissimū s̄ etiam sapiētissimum cuius est
omnia agere ordinate. ideo sic dedit nobis et dispo-
suit sacrificium et sacramētum et viaticum exhibe-
re s̄m q̄ cōpetit tempore gracie reuelate statui vie
et capacitati nostre. **P**rimo igit̄ quomā tempus
gracie reuelate requirit. ut iam nō offeratur obla-
tio qualiscumqz. sed pura placida et plenaria. **E**t
nulla alia est talis nisi illa q̄ fuit in cruce oblata.
Sciat̄ cristi corpus et sanguis. ¶ **H**inc est q̄ neces-
sario oportet in hoc sacramēto nō tantum figura-
tiue verū etiam veraciter corpus cristi tamq̄ oblati-
onem huic tempore debitam cōtineri. **S**imiliter q̄
tempore gracie cōsonat q̄ sacramētum cōmunionis
et dilectionis nō tantum sit cōmunionē et dilectio-
nem significans. verum etiā ad illam inflammās
ut efficiat qd̄ figat̄. et q̄ maxie nos inflāmat ad di-
lectionē mutuā et maxie vnit̄ mēbra ē vnit̄as capi-
tis a q̄ p vim amoris diffusiuā vnicū et trīsforti-
uā manet i nos dilectio mutua. ¶ **H**inc ē q̄ in h̄
sac̄to p̄tinēt v̄z xpi corpus et cāo imaculata ut se-
in nob̄ diffūdet̄ et nos iuuet̄ vnic̄s et in se trīsfort̄s

*Oblatio unlla alia
quā, carque in
vixit oblata*

*in Sacramento
hor̄ continetur
verū Chr̄ corpus
et ideo dicitur
quod sacramētū
hor̄ est verū
Chr̄s*

1^o

per ardentissimā caritatem per quā se nobis dedit. se pro
nobis obtulit se nobis reddidit et nobiscum existit
usque ad finem mundi. **V** Postmodum etiam refectione
competens statui gratie est refectione spiritalis. communis
et salutaris. refectione autem spiritus est verbum vite
ac per hoc refectione spiritalis. spiritus in carne est ver-
bum incarnatum siue verbum caro quod nobis commu-
nis et salutaris quia licet sit vna omnis tamen
saluatur per ipsam. Quia ergo non est dare alium
cibum spiritualem communem et salutiferum nisi ip-
sum verum corpus christi. **V** Hinc est necesse est ip-
sum in hoc sacramento veraciter esse contentum eri-
gente hoc placatione sacrificij placatum. sacramenti
vinitiu. et viticie refectione quod debent esse in tempore
noui testamenti et gratie reuelate et veritatis christi.
V Rursus quia statui die non competit christum
aperte videre propter velamen enigmatis et prop-
ter meritum fidei. nec conuenit christi carnem deni-
bus attractare et propter horrorem crudelitatis et
immortalitatem ipsius corporis. Ideo necesse fuit
corpus et sanguinem christi tradi velatum sacratissi-
mis symbolis et similitudinibus congruis et expres-
sis. Et quoniam nichil magis est ydoneum ad
refectionem quam cibus panis et potus vini. nichil
magis est ydoneum ad significacionem vinitatis
corporis christi veri et mystici quam panis factus de
mundissimis granis et vinum expressum de pu-
re

*Refectio Spūs non
carnalis*

*Christi corpus in
sacramento non
continetur. ergo
sacramentum non
est totum quod
est Christus totus.*

*Recte
Nam quod symbolū
similitudo est veri-
tatis est non
est veritas*

vinū expressum de purissimis a cōis in unū collec-
 tis. ideo sub hys speciebus magis q̄ sub alijs debu-
 it sacramentum exhiberi. Et quia cristus sub illis
 speciebus esse debet. nō s̄m mutacōnem factam
 in ipso sed potius in eis. ideo ad prolacōnem dupli-
 cis verbi predicti in quo insinuat̄ existencia cristi
 sub speciebus istis fit cōuerſio substance vtusq; in
corpus et sanguinem remanētibus solis acciden-
tibus tamquam signis corporis contenti et eciām
expressiuis. Quia vero corpus cristi beatum et glo-
 riosum nō potest diuidi nec in ptes suas nec ſepa-
 rari ab anima neque a diuinitate summa. ideo sub
 utraq; specie est vnus cristus totus et in diuisus
 scz anima corpus et deus ac per hoc utrobiz vnū
 et simplicissimum sacramentum cōtinens totum
 cristū. Et qm̄ quebet pars speciei significat cristi
 carnem. Hinc est q̄ totus cristus est in tota spe-
 cie et in qualibet eius parte siue sit integra siue di-
 uisa. ac per hoc nō est ibi vt circūscriptus vt occu-
 pans locum. vt habens situm. vt perceptibile per
 aliquem sensum corporeum et humanum sed om-
 nē latens sensum vt fides habeat locum et meritū
 ppter qd̄ eciām vt non deprehendatur. accidencia
 illa habent omnem operationem quam habebant
 prius hęc sint pter subiectum q̄ diu cōtinēt̄ in tra-
 se cristi corpus. qd̄ quidem est q̄ diu durat in suis
 p̄prietatib⁹ naturalib⁹. et sūt ydonee ad cibādum

Chrs sub speciebus
 non ipse species
 Chrs

Panis et vinū
 signa contenti
 corporis et sangui-
 nis Chrs, no autē
 ipse species Deus
 verus

Nota
 Sacramenta sunt
 contenta Chrs
 tamen in se non
 sunt, totus Chrs

Pars speciei signi-
 ficat Chrs carnem

Chrs non est
 localiter circum-
 scriptus in pa-
 ne. quasi sedem
 et situm habens

Nota hoc bene. Tam diu Chrs est in et sub speciebus panis
 et vini, quam diu ipse species idonee ad cibādum et ad
 potandū

Postremo quoniam capacitas nostra ad christum efficaciter suscipiendum non est in carne sed in spiritu non in ventre sed in mente. Et mens christum non attingit nisi per cognitionem et amorem per fidem et caritatem ita quod fides illuminat ad recognitionem et caritas in flammam ad deuotionem. Ideo ad hoc quod aliquis digne accedat oportet quod spiritualiter commedat ut christum per cognitionem fidei masticeat per deuotionem amoris suscipiat per quam in se non transformet christum sed ipse potius trahatur in eius corpus mysticum propter quod manifeste tollitur quod qui tepide in deuote et inconsiderate accedit iudicium sibi manducat et bibit quod tanto sacramento contumeliam facit. Et ideo consilium est hijs qui se sentiunt minus mundos mente vel etiam in deuotos ut differant quousque ad esum rei agni parati deuoti mundi et circumscripti accedant propter quod etiam hoc sacramentum preceptum est celebratum cum solempnitate precipua tamen quantum ad locum tamen etiam quantum ad tempus et quantum ad verba et orationes et quantum ad vestimenta in celebratione missarum ut ipsi sacerdotes conscientibus quod etiam percipientes suscipiant gratiae donum per quam purgentur illuminentur et perficiantur reficiantur et in ipsum christum per excessiuum amorem ardentissime transferantur.

Capitulum primum.

*Nota bene
non in ventre sed
in mente*

*Spiritualiter com-
medat non ror-
poralis*

*Quotusquisque est
qui mundus?*

*Ubi hoc fuit per
Pauli Apostoli et
aliorum*

De sacramento penitencie hoc tenendum est. q̄
ipsa est sc̄da tabula post naufragiū ad quā
naufragans per mortale peccatum recurrere potest
q̄ diu est in statu presentis vite quocienscumque
et quando cuiq; voluerit diuinam clementiam im
plorare. **I**psius autem ptes integrales sunt cōtri
tio in animo. cōfessio in verbo. et satisfactio in ope
re. ex quibus tūc penitēcia integratur. cū peccator
omnem mortalem culpam perpetratam et facto de
serit et verbo accusat et in animo detestatur pro
uens nūquam iterare peccatum. hys debito modo
cōcurrētibus cū absolucōne facta ab eodem in quo
est ordo clauis et iurisdictio absoluitur homo a pec
cato et reunitur ecclesie a recōsiliatur pro median
te clauē sacerdotati per cuius iudiciū non tantū
habet fieri absolucio. verum etiam excōmunicacio
et relaxatio q̄ pprie habent fieri ab episcopo tamq̄
ecclesie sponso. **R**atio autem ad intelligentiam
predictorum hec est. quia principium nostrum re
paratum verbum scilicet incarnatum eo ipso qd̄
verbum fons est veritatis et sapientie. eo ipso q̄ in
carnatum est fons pietatis et indulgentie. **I**deo
debet reparare genus humanum per medicamen
ta sacramentorum et precipue contra precipuum
morbum qui scilicet est mortale peccatum. **I**uxta
qd̄ docet pontificem pium. peritum medicam. et
iudicem equū ut sic in curatione nostra appareat

verbi incarnati summa clemencia . summa pruden-
cia . et summa iusticia . primum igitur quoniam
incuracione nostra a mortali culpa per penitencia-
am apparere debet ipsius cristi pontificis piissimi
summa clemencia et summa clemencia pontificis su-
perexcedit omnia peccata humana qualiacumq; et
quancumq; sint et quocienscumq; fuerunt pe-
petrata . ¶ Hinc est qd peccantes suscipere ad veni-
am est ipsius pontificis clementissimi non semel
bis . sed quocienscumq; suppliciter implorauerit
clemenciam dei . Et qd diuina clemencia tunc ve-
re humiliter et suppliciter imploratur quando in-
teruenit penitencie lamenta . et ad hoc potest homo
se conuertere quam diu est in statu presentis vite
quia verabilis est in bonum et malum . ¶ Hinc
est qd q̄tumcumq; et quancumq; ⁊ quocienscum
que homo peccauerit peccator ad penitencie sacra-
mentum potest habere refugium per qd sibi fiat re-
missio peccatorum . ¶ Rursus quia in incuracione
nostra debet apparere et manifestari ipsius cristi
medici piissimi summa prudentia . et prudentia
medici est in adhibendo remedia contra per q̄ non
tantum morbus auferatur verum etiam precidatur
causa . cum peccetur in deum delectacione consensu
et perpetracione scilicet corde . ore . et opere . ¶
Hinc est qd prudentissimus medicus instituit vt cō-
tra inordinacionem peccatoris fm triplicem vim

scilicet affectiuam interpretatiuam et operatiuam
q̄ fit per delectacōnis complacentiam occultam esse
reformatio penitentis s̄m triplicem v̄m p̄ditam
per doloris penitentiam conceptam in corde per cofi
punctionem expressam in ore per confessionem cō
summatam in opere per satisfacionem. Et quia
omnia peccata mortalia ab vno deo auertunt et
vni gracie opponuntur. et vnā principalem homi
nis rectitudinem puerunt. **H**inc est q̄ ad hoc q̄
penitencie sacramentum sit sufficienter ex suis p
tibus integratum. necesse est q̄ penitencia habeat
de omnibus peccatis et quantum ad preteritum p
displacenciam de perpetratis. Et quantum ad pre
sens per cessacionem de perpetrandis. et quantum
ad futurum p̄ ppositum nūquam recidivandi vel
in idem vel in aliud genus peccati. vt sic totaliter
recedendo a culpa per penitenciam diuina gracia
suscipiatur per q̄ obtineatur venia omnium pecca
torum. **P**reterea quoniam in curatione nostra
manifestari debet ipius iudicis recta iusticia. et ip
sius in p̄pria persona nō est iudicare ante iudiciū
finale ideo ad pertricularia iudicia ante finem iudi
ces debuit constituere. Et quia iudices isti inter de
um offensum et hominem offendentem sunt quasi
intermedij vt proximi cristo. et prepositi populo do
mini domino autē illi p̄cipue sunt p̄rimi et fami
liares racōe officij q̄ sūt eius misterio cōsecrati s̄z

sacerdotes. Ideo omnibus in sacerdotali ordine cō
stituitur et solie datur potestas duplicis clavis scz
clavis sciencie ad discernendum. et clavis q̄ est po
testas ligandi et solnendi ad diiudicandum et ab
solucionis beneficium impendendum. Quia vero
ap̄ter confusionem vitandam nō quilibet aulibet
est prelatus in ecclesia militante. cum ipsa ecclesia
ierrarchia debeat esse secundum potestatem iudicia
riam ordinatam. Ideo hec potestas ligandi et sol
uendi concessa est primo vni et summo sacerdotali
tui collata est tamquam summo capiti potestas v
niuersalis. et deinde h̄m periculares ecclesias diui
ditur in partes. ita q̄ primo in episcopos deinde in
presbiteros descendit a capite vno. Ideo licet vnus
quisqz sacerdos habeat ordinem et clauem ad eos
tamen vsus clavis tantum se extendit qui sibi or
dinarie sunt subiecti. nisi sibi ab eo qui habet potes
tatem ordinariam committatur. Cum ergo illa
iurisdicatio sit principaliter in capite summo. et de
inde in episcopo. et postremo in sacerdote. curatio
potest quidem a quolibet horum cōmitti alteri. suf
ficiēter quidem ab infimo. magis a medio et maxi
me a suprema. Et quia in pontifice summo et eci
am in episcopis est huiusmodi iurisdicatio non tan
tum ad iudicandum inter deum et hominem in oc
culto verum eciā ad iudicandum inter hominem
et hoiēm in ap̄to tāq̄ in illis q̄ p̄missū est ecclesie

regimen et custodia sicut sponsa committitur spon-
so. Hinc est quod gladium habent prelati in quo p[ro]p[ter]
percutere ad iuris defensionem in exco[m]m[un]icatione. et
potestatem largiendi de thesauris meritorum eccl[esi]e
sive quos habet repositos et comendatos tam a ca-
pite quam a membris et hoc in relaxatione. ut sic tan-
quam veri iudices ligandi et solvendi integram pos-
sideant potestatem. per quam impenitentes feriunt
et co[m]pescant rebellos. Et nichilominus absoluat
et reconcilient deo et sancte matri eccl[esi]e veraciter
penitentes.

Capitulum decimum.

De sacramento unctionis extreme hoc in sum-
mo tenendum est. quod ipsa est sacramentum
existencium ex hac vita preparans et disponens ad
sanitatem perfectam. valet etiam ad delenda veni-
alia et ad recuperandam sanitatem presentem si in-
firmo expediat. ad huiusmodi sacramenti integri-
tatem requiruntur oleum oliuarum simplex s[ed] con-
secratum vocalis expressio orationum. in unctione
infirmi in septem partibus determinatis scilicet in o-
culis. auribus. labijs. naribus. manibus. pedibus.
et lumbis. nec debet illud sacramentum dari nisi
adultis et postulantibus inminente periculo mor-
tis et hoc per manus et ministerium sacerdotis. ex
quo tollitur quod inter hoc sacramentum et confirma-
tionem est differentia septiformis scilicet in efficacia.

in forma et in materia in suscipiente in dante in
loco et in tpe Ratio ad intelligētia predictoz hec ē
quia p̄cipiū n̄m repatiūū verbum scz incarnatū
nos repat inq̄tū mediator dei et hominū homo
cristus ihesus et inq̄tū ihesus habz saluare Inq̄
tū vero cristus vinctus habz vntionis grāz in ali
os diuare Hinc est q̄ ipsius ē in sacramentis suis
mēbris vntōm ēbuere salutare. Qm̄ autē anima
ad hoc q̄ perfecte sanetur indiget triplici genere
sanitatis scz ad strennuitatē actōis ad suauitatē
cōtēplationis et ad felicitatē cōprehensionis. P̄cia
est int̄nāū in acie ecclesie. Sc̄da est presidēcium
in eadē quorū est alios erudire et tertia est exēcū
um de eadem p̄ mortē Hinc est q̄ non solum vnti
onis sacramētū instituit d̄ns in confirmatione. v
rū etiā mediā in ordine p̄tāicali et extrema imi
nente piculo mortis. Quoniā igitur finis ip̄it ne
cessitatem hys que sunt ad finem. hinc est q̄ sc̄a
dū exigēcia huius finis debet hoc sacramētū ope
rari. debet etiā integrari. debet etiā suscipi et disp
ensari. P̄cimū ergo qm̄ huius sac̄i opatio debet rē
gulari a fine et finis est quia introductum est
ad salutē felicitatis p̄petue facilius et expeditius
cōsequēde et hoc fit per deuotionē sursum leuantē
per exonerationem a culpis venialibus et alijs cō
sequēde q̄ deorsum deprimūt. Hinc est q̄ sacramē
tū illd̄ efficacā hz a ad deuocōez excitandam et ad

venialia dimittēda. et ad p̄corū scoriā faciū abo-
lēdam. Et q̄ plurib⁹ infirmis expedit adhuc viue-
re ad suorū accumulū meritoꝝ. **H**ic ē q̄ sacm̄ illud
et aimā vigotādo ī bono. et exorādo a malo. fr̄q̄s
ter etiā alleuiat a morbo. et hoc est q̄ dicit b̄tus
Jacob⁹. et oracō fidei saluabit infirmū et si in p̄cis
fuerit dimittētur ei. Ritus q̄ huius sacramēti isti-
tucō debet eē fm̄ exigēciā finis et hoc est acq̄sitiō sa-
lutis sp̄ualis p̄ remissionē culparū et hec salus res-
piat sanitatē et mūdiciā cōsciencie interioris fm̄ q̄
iudicat ille iudex celestis. **H**ic ē q̄ in hoc sacramē-
te debet esse oleū simplex et cōsecratū q̄ sanctitatē et
nitore designat ī habitaculo cōsciencie. Quia vero
sup̄ istam salutem mortalis homo nō habet potes-
tate. hic est q̄ oratio et forma vocalis exprimitur
per ipsum verbum deprecatiuum ad impetrandum
gracie donum. Et quoniam anima infirmitates
sp̄ituales contrahit in corpore secundum quatuor
virtutes ipsi⁹ corporis vegetiuas scilicet significa-
uam interpretatiuam. generatiuam. et progressi-
uam. **H**inc est q̄ membra hys virtutibus deserui-
ēciā sūt vngēda. Quia ergo quiq̄ sūt mēbra deser-
uēciā v. sensib⁹ sc̄z oculi visui. aures auditui. et os
gustui et etiam alij virtuti sc̄z ic̄ptatē et pedes de-
seruiunt p̄gressui et lūbi generatiōi q̄ genitalia in-
dignū et pudendū est contractari et etiam noiari.
Hic ē q̄ unctio debet fieri in septem locis predictis

ut sic disponatur homo per hoc sacramētū ad ple-
nitudinē sanitatis per dilectionē omnis peccati ve-
nialis. **P**ostremo quia huius sacramenti suscepō
a fine depēdēz. et finis est velocior trāsitus ad celū
per depositionē omnīū venialiū et conūsiōnē mētie
ad deū. ideo non habet dari nisi adultis qui veniali-
ter peccant. nec aliquibus nisi petentibus qui sur-
sum de uoce erigunt nec nisi in piculo cōstitutis et
quasi in trāsitu ad altum. et quia hoc sacramētū ē
quasi picitantiū et tantū habz materiā sacrā scz
oleū cōsecratū. **H**inc est qz ppter piculū euitādum
debet cōmitti sacerdoti et ppter psecūtiōnē olei n̄ est n̄
a sacris maibus cōtrectādum. ex variatione ergo
finis in cōfirmacōe et unctiōe extrema dicitur va-
rietas in efficacia in materia. in forma. in loco. i tē-
pore. in suscipiente. et dispēsante. **I**n efficacia quia
illud sacramētum disponit ad uitalius agoizandū
hoc ad celerius euolandū. **I**n materia qz illud fit in
oleo pmycto balsamo. hoc uero in oleo puro. **I**n for-
ma qz illd i iudicaciā h° ē dīpctā. **I**n loco qz illd i
frōte. h° uero i m̄laptici pte. **I**n tempore quia illud
in sanitate. **H**oc uero in egritudine. **I**n suscipiente
quia illud non solum adultis uerum eciam perui-
lis. **H**oc uero tantum adultis. **I**n dante quia illd
ab episcopis hoc uero a sacerdotibus quibuscumqz
et hec omnis diuersitas a fine procedit. quia sicut
claruit qdē diuersitas in ipsis finibus proximis

diuersitate introducit in hijs que ad fines illos ha
bet finaliter ordinari.

O E sacramento ordinis hec in summa teneba
sunt. q̄ ordo est signaculū q̄ddā quo spūales
potestas traditur ordinato. Licet autem ordo sit v
num de septem sacramentis septiformis tamen est
ordinis gradus. Primus est in hostiarijs. Secun
dus in lēoribus. Tercius in exorcistis. Quartus in
acolijs. Quintus in subdiaconis. Sextus in diaco
nis. Septimus in presbiteris. Hys autē quasi p
modum cuiusdam preparatorij preponitur clerica
lis tonsura et psalmistatus. Per modum autē com
plementi supponitur. Episcopatus p̄archatus et
papatus. a quibus manant ordines et dispensari
debent sub debitis signis tam ex parte visus quam
et auditus solempnitate debita nichilominus ob
seruata q̄tum ad tempus locum. officium. et perso
nam. Ratio autem ad intelligenciam predictorū
hec est. quia principium nostrum reparatiuum ve
bum scilicet incarnatū ut deus et homo sacrāmē
torum medicamēta ad salutē hoīm instituit ordi
te discere et p̄tāte s̄ exigēciā sue boitatis sapie et
v̄tutis. hic ē q̄ ip̄a sac̄oz medicamēto p̄misit hoīb⁹
dispēsāda n̄ q̄hēatūz s̄ eomō q̄ exiebat ordo. discere
et p̄tās. Oportuit ergo aliq̄s p̄sonas distingui et
segregate ad huiusmodi officium exequendum q̄
bas ordinatio iure potestas h̄modi committerentur

quia huiusmodi discretio non debuit fieri nisi per
signa sacra cuiusmodi sunt sacra. Hinc est quod debuit
esse aliquod sacramentum quod esset sacrum signaculum
ordinatiuum. distinctiuum et potestatiuum ad sacra cetera
dispensanda. modo distinctiuo potestatiuo et ordinati-
uo. Et ideo ordo diffinitur sic Ordo est signaculum quod
dam in quo spiritualis potestas traditur ordinato ita
quod simul in eis notificatio clauduntur tria predicta.
E quibus colligi possunt in summa quae ad integritatem
ordinis expungunt. Primum igitur quoniam ordo est sig-
naculum distinctiuum et sequestratiuum ab omni popu-
lo ut quis diuino cultui sit totaliter mancipatus ideo
ordines precedit distinctio quedam in ton sua et co-
rona. per quam intelligitur resectio temporalium appeti-
tum et mentis eleuatio ad eterna. Et ita ut totus
ostendatur clericus deputatus esse ad diuinum cul-
tum et ideo dicit in susceptione corone. dominus
pars hereditatis mee et cetera. Et quia talis debet
esse instructus in diuinis laudibus que maxime
consistit in psalmis ideo psalmistatus tamquam pri-
marius ceteros ordines antecedit quem tamen lae-
go modo ysydorus inter ordines numerauit. **S**e-
cundo vero quia ordo est signaculum ordinatiuum
et in se ipso etiam ordinatum et ordo consistit in gradu
um disparitate et in distinctione completa secundum
quod exigit septiformis gratia ad cuius dispensa-
tionem sacrum specialiter et principaliter ordinat. **H**ic

est q̄ sunt septē. ordines gradati ordiati vsqz ad
sacerdotiū i quo est status ordinū qz ipsi ē consecraē
sacramētū corpis cristi in quo ē plenitudo omnū
grāriū. vñ aly sex sūt tāq̄ ministratory. a quasi q̄
bus per quos ad gradū ascēdit salomois q̄ et sex
sunt ppter numeri pfectionē qz senari⁹ pri⁹ p̄fāt⁹
est et ppter hoc q̄ sic exigit perfectō et sufficiēcia
officij ministrādi. nā oportet aliq̄s ministrare quasi
a remotiori aliq̄s appinq̄ori. et aliquos de primo
vt nichil desit in misterio ordiato. Et qm̄ quodlibz
hoz misterioz geminat̄ s̄m actus purgādi et illu
minādi. Hinc est q̄ sex sunt ordines misteriales et
vn⁹ omnium perfectissim⁹ in quo altaris cōficatur
sacramentum quod cōsumatur in ordine vno tā
q̄ in fine vltimo et cōpleto. Postremo qz ordo est
signaculum potestatiuum nō tantum respectu ali
orū sacramentorum dispensandorum. verum etiā
respectu sui. Et potestas sup potestatem ē potestas
excellens. ideo sibi non tantum competit potestas
simplex cui⁹ modi est in ordine simplici vñ etiā
eminēcia potestatis cuiusmodi est in hys quorū
est ordines ordinare et dispensare. Et quia excellē
cia quanto magis descendit tantomagis dilatur.
a q̄tomagis ascēdit tātomagis vnit̄. hic ē q̄ plēs
sūt Ep̄i. paucōes ac̄ep̄i. paucissimi p̄arce et vnus
pater patrum. q̄ papa merito appellat̄ tamq̄ vn⁹
primus et sūm⁹ p̄t̄ sp̄ūalis om̄iū p̄m̄ p̄mmo om̄iū

fideliū et iherarcha p̄cipu⁹ et sponſus vniūſ
capud in diuiſum p̄tiſer ſumm⁹. criſti vicarius
fons ⁊ origo ⁊ regula auctorum p̄cipatuum ecclē
ſtaſticorū a quo tamq̄ a ſūmo diuat ordinata po
teſtas vſq; ad ifima ecclēſie membra ſecūdum qđ
erigit p̄cellens dignitas i ecclēſiaſtica iherarcha
et quia hec dignitas p̄cipue manet in ordiē. **180**
hoc ſacramentum non debet diſpēſari niſi cū mag
na diſcretionē et ſollemnitatē. **Ac** p̄ hoc non a q̄
libet nec cuiſlib; nec in quolib; loco nec in quolib;
tempore ſed a perſonis lr̄atis honeſtis et a cunctis
irratibus alienis. ieiunioſtomacho. loco ſacra. hoā
miſſe. et paribus ab ecclēſia iure ſtatutis debent
huiusmodi ordines diſpēſari. et hoc ab ep̄ſcopis
quib; p̄pter ſui p̄eminēciā reſeruat diſpenſatō
ordinū cōfirmatio impōne manuū cōſecratio moia
et abbatū et dēdicatio ecclēſiaz que p̄pter ſui celib
tatem non debet diſpenſari niſi ab hys qui habēt
p̄eminēciā p̄tatis.

O Sacramēto matrimony hoc i ſūma tenēdū
eſt. qđ m̄momiū ē l̄ama cōiūctō maris et fe
mine idiuiduā vite cōſuetudinē retinēs. **Hec** autē
cōiūctio non ſolum fuit poſt peccatum verū eciam
an̄ ſ; p̄us fuit iſtitutū ſacramētū cōiūgy i offm̄. nē
aut̄ n̄ ſolu in offm̄ verū eciam i remediū p̄tra libidis
moribū p̄ ſigbat cōiūctōez dēi et aie. **Nūc** p̄ter hoc
ſiḡt cōiūctionē criſti ⁊ ecclē ⁊ duarū n̄az i vnicatē

prose. **I**ntroducit autē cōiunctio i eē p liberū cōsensū
aimorū ex parte utriusqz psonę exteriorē expressū
in aliquo sensibili. **C**onsummari autē habet in co-
pula carnali. nam per verba de futuro dicit mōmo
nū iūciari p verba de pñti ratificari. sed per carnas
lē copulā cōsumari. **H**uius. autē sacra ea sunt bona
scz fides. ples. et sacramētū. et rē. impedimēta q̄ ipedi
unt cōtrahēdū et dimūt iā cōtractum q̄ i hys v̄sib⁹
cōtinent. **E**rror. cōdicō. v̄tū. cōgnatio. cōmē. cultus.
disparitas. vis. ordo. ligamē. honestas. **S**i sis af-
finis. si forte coire neq̄bis. **H**ec faciēda v̄tāt cōnu-
bia iuncta retractant. **N**ō ad itelligēciā p̄dcorū
hec ē. q̄ p̄cipiū nostrū ē patiūū v̄bū scz incarnatū
eo ipso q̄ v̄bū dei fons est sapie in excelsis. **E**o ip-
so q̄ incarnatum est clemencie fons in terris. **E**t iō
in eo ipso q̄ verbum increatum est humani genis
formatiūū ex sūma sapia eo ipso q̄ incarnatū est
ipsius reformatiūū ex sūma clemētia. **I**deo enim
humanū genus reparat per clemēciam quia p̄-
reparabile fecit per sapiēciam que pro suo summo
ordine exigebat q̄ genus humanum faceret potēs
stare et potēs labi. potēs etiā reparari sicut in
p̄cedētib⁹ oñsū fuit. **Q**m̄ igit̄ v̄bū dei hominē fe-
cit in sua sapia sicut et p̄grūū fuit potēs stare. cadē.
et r̄surgē. **H**inc ē q̄ genus hūanū eomō p̄pogādum
ordinauit q̄ ex ipso mō p̄pagandi haberet q̄ manu-
duceret ipsum ad statū haberet etiā q̄ manuducēe

ad remedium sicut etiam in propagatione illa est ad
aliquid per peccatum. scilicet libido quod traducit mor-
bum. Et quia status hois erat ex coniunctione ipsius
anime ad deum per amorem unitum modo castissio
singulari et indiuiduo. remedium ueniebat ex coniunc-
tione diuine nature et humane in unitate yposta-
sis et persone unitate inquam a diuina gratia introductam
ut singularem et indiuiduam. Hinc est quod deus instituit
it ab initio ut propagation fieret per coniunctionem maris
et femine indiuiduam et singularem. que significaret
ante peccatum coniunctionem dei et anime seu dei et sub-
celestis iherarchie. Post peccatum uero coniunctio-
nem cristi et humane nature seu cristi et ecclesie. et
ideo utrobique est sacramentum. scilicet ante et post licet a^o et
alio modo ante et post quantum ad significationem a^o usum
Cum enim esset sacramentum antequam superueniret morbus. li-
bidoque superuenit per peccatum potius habet per matrimonium
excusati quam per ipsum ualeat ignorare quod non morbus medi-
camentum corrumpit. sed medicamentum habet curam mor-
bum. Ex quo manifeste apparet quid sit matrimoni-
um et qualiter sit in esse diuinitus introductum.
Rursum quia quelibet predictarum spiritualium
unionum in ipso sacramento matrimony signarum
est unius sicut ipseus agentis et etiam influentis
alterius sicut patientis et suscipientis et hoc qui-
dem faciente amoris uinculo qui ex mera uolun-
tate procedit. Hinc est quod matrimonium dicitur esse coniunctio

duplicis p̄soē d̄n̄tis s̄ r̄acōez āgentis et paciētis
sc̄z vitalis sexus et mulhebris ā hoc ex mutuo cōsensu
voluntatis et quia voluntas exterius non appaet
nisi per signa ipsam expr̄imēcia. **H**inc est q̄ n̄cē ē
q̄ cōsensus mutu⁹ exteri⁹ expr̄imat. Quia vero cō
sensus per verba de futuro nō est verus cōsensus et
pprie sed ipsius promissio. cōsensus aut̄ de p̄nti lic̄z
fit verus cōsensus tamē ān̄ cōm̄ptionē nō facit ple
nariā v̄ni onē quia nūdū sunt vna caro. **H**ic est q̄
per v̄ba de futuro dicitur esse **M**āmoniū iūciatum
de presenti confirmatū vel ratū sed ī carnali copula
cōsummatum q̄ tūc sunt vna caro et vnū corpus
fiūc ac p̄ h̄o s̄igē plene v̄ni onē illam que est inter
nos et cristum tunc em̄ plene traducitur corpus
v̄ni⁹ in corpus alterius secūdū sui cōp̄is p̄tātē ad
procreandum prole et ideo ipsius **H**a. sunt tria
bona sc̄z sacramētū p̄pter vinculū insolubile. fides
p̄pter debita solucōez. proles vero sicut consequens
ad v̄cūq̄z. **P**ostremo quia dicta cōiūctio māmonii
alis debet esse ex libero cōsensu procedens ad copu
lacionē p̄sonarū distāciū in vnā māmonij legem. et
hoc potest trij. modis impediā. **H**inc est q̄ trij. sunt
īpedimeta māmonij q̄d patet sic ad m̄ciōiale cōsen
sum requiritur libertas in consensu libertas in con
senciente. ā ydoneitas ad coniunctionem. sed liber
tas cōsensu totalit̄ p̄ duo s̄ duas p̄tes in volūcarij
s̄. p̄ ignorāciā ā p̄ violēciā ā sic s̄. 2. īpedimeta. sc̄z

eror et violencia. Libertas in cōsciente tollitur per
